



Q. D. B. V.



idem in praefatione ad interpretationem epistolae *Iacobi* p. 6 datam liberaturi *examen variantium lectionum* in eadem obuiarum ita instituemus, ut obseruato textus ordine breuem illarum censum agamus, de potioribus vero, quae ad sensum immutandum sollicitandamque interpretationem spectare videntur, quaestionem habeamus curatius, singularumque rationibus subductis atque ad leges criticas exactis, quid nobis statuendum esse videatur, succincte et verecunde significemus.

§. I.

Quae a variantium lectionum collectoribus ad cap. I com. I perperam referri solent exempla varietatis, illud nomen plane non merentur. Duo enim, quae summe reuer. IO. ALB. BENGELIUS in *apparatu critico nou. test.* p. 728 commemorat, aperta menda sunt et indubia sphalmata. Illa verba *Ἰακώβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δούλος*, abfuisse ab aliqua versione latina veteri, ex AVGVSTINI *retractat.* lib. 2 c. 32 recitat IO. MILLIUS *prolegom.* §. 839 p. 80. Quod euidenter demonstrat, nisi vel pauciores vel plures voces abfuerint, exemplar ab *Augustino* excitatum mancum fuisse atque epistolae prooemium siue inscriptionem exhibuisse principio suo truncatam. Idem celeb. BENGELIUS l. c. sic pergit: „*Iacobus, Iesu Christi seruus*, habet lat. in ms. *Char. et Cassiodorus.* „

A 2

Verum

SIMVS CVLTOP  
ZEVNERT.



### III EXAMEN VARIA.

C. 1, 1. Verum vterque, tam codex *Charitinus*, quam *Cassiodorus*, seu, vt rectius scribitur, *CASSIODORIVS*, versionem *vulgatam* exhibent; quae vnanimi codicum consensu reliqua verba *Dei et Domini* confirmat; vnde satis apparet, excidisse scriptoris vitio ea, quae in vtraque desiderantur. Tertiam lectionem a *BENGELIO* praeteritam solus *MILLIVS* producit p. 544 pro liberiori versione rectius habendam. Quod enim *vulgatus*, *Syrus* et *arabs* interpretes vocem *Κυρίου* reddiderunt *domini nostri*, non magis variantem lectionem efficit, quam vel paraphrasis *Syri*, qui verba ἐν τῇ διασπορῇ reddidit, *dispersis inter gentes*. vel *OECUMENII*, qui textum ita retulit: Θεοῦ μὲν τοῦ πατρὸς, Κυρίου δὲ τοῦ υἱοῦ. Neque aliter pronuntiandum est de transpositione verborum ἀδελφοί μου, in versione *arabica* ab *ERPENIO* edita ex v. 2 ad finem v. 1 relatorum, quod f. vener. *CHRIST. BEN. MICHAELIS tract. crit. de var. lect. n. test. §. 75 p. 81*, ne interpretis quidem, sed librorum errore factum fuisse summo iure existimat.

#### §. II.

v. 3. Rectius in hunc censum venit omissio vocum τῆς πίστεως v. 3 ita comparata, vt omnino variantem lectionem constituat, neuiquam tamen aequalem lectioni textus. Prius perperam negatur in *GERH. DE MASTRICHT* editione noui test. vbi p. 492 excitatione canonis critici noni pronuntiatur, hanc omissionem vno codice *barberino primo* nixam variantem lectionem non efficere; quae tamen ratio dupliciter falsa est, vt illico apparebit. In alterum extremum delabitur ven. *BENGELIVS*, qui p. 322 lectionem hanc textus lectioni aequalem esse statuit; qua opinione canones a se constitutos ipse omnino violare videtur. Licet enim *MILLIVS* inexcusatus erret, quum p. 544 test. pariter ac prolegom. §. 498 p. 49 lectionem hanc textui praefert, quem glossemate ex *1 Pet. 1, 7* desumpto, auctum esse existimat: solide tamen confutatur a *DAN. WHITBY*, qui in *exam. variantium lectionum* *IO. MILLII* lib. 2 c. 3 sect. 14. p. 77 editionis 1727 haec regerit: „Desunt in *Barb. 1* τῆς πίστεως, habent autem *Oecumenius*, *C. Alex.* et versiones omnes, nihilominus, dicente *Millio* „Prol. p. 49 col. 2 lectioni huic simplici (sc. absque τῆς πίστεως) fauet v. 12. „Inspice quaeso, lector, locum, vt scias viri acumen, et nasum criticum. „Non debuisset igitur tantum tribui praeuaricationi *millianae* a cel. *BENGELIO*, inprimis quum ipse argumenta *Whitbii* non ignorauit, sed in *apparatu critico* ita scripsit p. 728 „τῆς πίστεως edd. *miss. Armen. copt.* etc. „Ex *1 Pet. 1, 7* illatum videtur *Millio*. *Omitt. lat.* (in cod. *Corbeiensis*) et inde „*Barb. 1*. vel etiam *Cassiodor.* qui τὸ ὑπομονὴν hac complexione refert: „bonae mentis patientia inde nascitur. „ Nam vt postrema verba liberiores



riorem versionem atque paraphrasin exhibent, non probabiliorem errore interpretis *arabici erpeniani* a s. vener. MICHAELIS l. c. p. 82 commemorato, qui *caritatem vestram* posuit pro *probatione vestra*: sic vnus certe codicis *latini*, et vnus *graeci*, eiusque vt statuitur, *latinum* secuti suffragia ad auctoritatem *alexandrini* codicis et *latinae* versionis omnium et versionum et codicum, si ab vno *barberino* discesseris, consensu fultam infirmam aut sollicitandam non sufficiunt, multo minus vero aequalem fidem merentur.

## §. III.

Ad v. 5 MILLIUS tres recenset variantes lectiones, ex quibus <sup>v. 5.</sup> duas duntaxat retinuit MASTRICHIVS suffecta tertia noua, ven. BEN- GELIVS vero vnā commemorat. Prima, a duobus prioribus recitata, omissione vocis *πᾶσιν* in codice *primo* collegii noui *oxoniensis* efficitur, atque a MASTRICHIO iure reicitur ob can. crit. *nonum*, licet ipse hic canon ita conceptus, „*vnus codex* non facit variantem lectionem, quia „arguit incuriam descriptoris, maxime in omittendo: modo recepta lectio sit secundum analogiam fidei, alias canon 22 habet locum, „ nec vbiuis valeat nec temeritatis periculum effugiat; quum in codicum dissensione neque solis codicibus standum sit, neglectis versionibus et antiquorum scriptorum testimoniis, neque in codicum iudicio solius numeri seu multitudinis et paucitatis tantum ratio habeatur, neque fidei analogia ab interpretum et criticorum arbitrio pendeat. Alteram vtrouique obuiam constituit vox *ἀδελφός* loco *ἀπλῶς* posita, quam MASTRICHIVS recte improbat, perperam vero variantem lectionem esse negat. Dicitur enim occurrere in *velesianis* codicibus, quorum lectiones vel ex arbitrio vel ad *latinam* versionem transformatae, nisi aliunde confirmantur, adeo exiguae auctoritatis sunt, vt minoris esse nequeant. Tertia lectio, a MASTRICHIO praeterita, a ven. BEN- GELIO ex *millianis* sola memorata, qua *οὐκ* ponitur pro *μη* sensum plane non immutat, quam ob rem in eius examine ad versiones prouocari nequit. Quod tamen diiudicationem non impeditiorem reddit. Licet enim MILLIUS decem codices excitet, atque cel. BEN- GELIVS vndecimum adiciat, qui *οὐκ* legunt: vincuntur tamen tam numero quam praestantia codicum, qui *μη* exhibent, quod etiam *graecum* magis et stilo IACOBI conueniens esse videtur, si integra locutio consideratur. Quartam solus MASTRICHIVS habet, qua loco *τοῦ διδόντος Θεοῦ* legitur *Θεοῦ τοῦ διδόντος*, quod aeque sensum non variat. Nititur illa lectio codice *alexandrino* vno ex classicis, qui tamen consensui reliquorum ad vnum omnium longissime cedit, atque ipso positu articuli has voces scribae errore transiectas satis prodit.



Cap. 1,  
6. 7.

## §. III.

Quas in v. 6 et 7 solus MILLIVS commemorat lectiones sex, ita comparatas esse, vt textum receptum plane non sollicitent aut dubium efficiant, ipsa illarum recitatio satis comprobabit. „6. μηδὲν] καὶ μηδὲν „Hunt. 1. Aethiop. ὁ γὰρ διακρινόμενος] omittunt N. 1. Cov. 3. 7. μὴ] μὴ „δὲ Hunt. 1. Syr. Arab. γὰρ] deest in Syr. Ergo Vulg. τὶ] omittit N. 1. „τοῦ Κυρίου] omittunt art. τοῦ N. 1. Pet. 3. Vien. „ Quarta harum ad variantes lectiones profus non pertinet: reliquae tam testium paucitate et conditione singulae; quam verborum ordine ad sensum constituendum per linguae indolem requisito pleraeque erroris arguuntur.

## §. V.

v. 8. II.

Ex lectionibus *millianis* ad v. 8. II, quae ita se habent „8. Ἀνὴρ] „γὰρ addit Lin. 9. τῷ ὑψεῖ] τῇ ὑψώσει Vel. 10. ὁ δὲ - - αὐτοῦ] „omittit Cov. 3. II. τοῖς πορείαις] πάσαις τοῖς πορείαις Copt. τοῖς εὐ- „πορείαις Hunt. 1. Τοῖς πορείαις Cod. vet. in Biblioth. *Dionysiana* teste „*Gaignaco.* „ MASTRICHIVS solas priores duas producit, ven. BEN- „GELIVS vnicam postremam. Prior harum aequae ac reliquarum mentione superfedere potuisset, quas excitatione canonis sui *noni* ex numero varian- „tium lectionum excludit. Posterior lectioni, quam ex omnibus in v. 6. II obuiis solam seligit atque reliquis memorabiliorem iudicat, nimium tri- „buit, quum omnium veridissimillima fit. Nam vt probabilitate externa destituitur, atque codex incertus ab vnico scriptore suspecto appellatus, ne vnum quidem testem efficit: ita interna verisimilitudo multo minus locum habet, quod voci vsitatae facilisque sensus sufficitur noua, quae ne *graeca* quidem est, vt ex illis apparet, quae in interpretatione huius epi- „stolae p. 42 disputauimus. Plura de hac lectione et temeraria HENR. „HAMMONDI coniectura, qui ἐμπορείαις substituit, apud IO. CHRIS- „TOPH. WOLFFIVM in curis philol. ad h. l. et GE. BENSONII paraphr. „p. 60 etc. ed. *lat.* legi poterunt.

## §. VI.

v. 12.

Magis tamen mirandum est, illam lectionem v. 12, qua pro ὑπομέ- „νει ponitur ὑπομενεῖ, haberi ab eodem reu. BENGELIO p. 322 pro fir- „miore per codices lectione textus, atque *gnomonis* p. 383 excitari vt le- „ctionem textus: qua varietate opinionum eadem lectio ad secun- „dam et primam classium ab ipso constitutarum simul refertur; quam „MASTRICHIVS nulla mentione dignam iudicauit, sed ex *milliana* farrag- „ine plane praeteriit. MILLII recensio his verbis concipitur „ὑπομενεῖ] „ὑπομενεῖ Cant. 2. Cov. 2. Magd. 1 L. Cod. al. apud CVRCELLAEVM, „quae postrema temere scribuntur, quum CVRCELLAEVS nullos excita- „uit



uit codices, ipsique, si vel maxime a meris coniecturis in numerum variantium lectionum referendis abstinuit, vnus alterve codex ex illis, qui seorsim commemorantur, aut *complutensis* et alia editio sufficere potuit ad variantes lectiones corradendas. Circumspectior hac in re fuit ven. BEN-  
 GELIVS, atque neglectis codicibus apud CVRCCELLAËVM, qui nulli sunt, testium a MILLIO productorum numerum auxit *Compl. et Euthalio*. Verum, neque tanta est horum testium multitudo et conditio, vt praeualeat, neque interna verisimilitudine, cui in *gnomone* multum tribui videtur, id effici potest, vt lectioni textus praestet, cui non solum cum iis, quae praecedunt et consequuntur, magis conuenit, sed foecundior etiam sensus vindicatur interpretationis nostrae p. 43. Altera huius particulae seu versus varians lectio a MASTRICHIO aequae praeterita, a MILLIO ita exhibetur „ὁ κύριος] deest in *Alex. ὁ Θεὸς Cov. 4. Genev. Vulg. Syr. Aethiop.* „a cel. BEN-  
 GELIO vero cum insigni discrimine „ὁ Κύριος] ὁ Θεός *Aeth. Lat. plerique Cov. 4. Gen. Syr. Al. Ex c. 2, 5,* Vbi mentio alexandri codicis, cuius recentiore collatione post *millianam* vt non potuit, alterutrius fidem suspectam faceret, nisi ex tabula corrigendorum constaret, illum codicem hic delendum esse atque ad typographorum sphalmata relegandum; licet omnino a lectione recepta omissionē nominis cum articulo ὁ recedat. Falsam, veri saltem dissimillimam esse lectionem commemoratam cuius patet, errorem vero ex c. 2, 5 deriuandum esse aegre et difficulter illis persuadebitur, qui non ignorant, interpretes veteres saepius has voces commutasse, vt eiusdem significationis, idem etiam librariis accidisse, atque hic ex v. 13 proxime sequenti opportunius euenire potuisse, quam occasione longius petita. Tertiam, qua pro ἀνῆς alexandrinus codex habet ἀνθρώπος, satis pro arbitrio solam commemorat MASTRICHIVS, adiecta tamen crisi sua a variantium lectionum numero arceat, in quo commode relinqui potest, dummodo pro erronea habeatur atque librario imputetur.

## §. VII.

In verbis v. 13, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι, dupliciter variat lectio. v. 13.  
 Vtramque variationem MILLIVS commemorat, vnā ven. BEN-  
 GELIVS, alteram MASTRICHIVS, singuli pro sua de illarum momento sententia. Illa quam posterior ex MILLIO repetit, lectionem tamen variantem esse negat, absoluitur commutatione verbi πειράζομαι cum πειράζεται in codicibus *velesianis* facta, quae tamen in crisi adiecta canonis 36 excitatione perperam *enallage* vocatur, cum sensum omnino mutet. Alteram omisso articulo τοῦ efficit, qui, vt MILLIVS perhibet, ab *Alex. Magd. 1* et codicibus plurimis abest; quibus ven. BEN-  
 GELIVS addit *Aug. 6 Vff. et*



C. 1. 13. *Vff.* et edd. primas, vt in ed. 3 *Steph.* primum apparuerit. Quod licet leuiter a vero aberret, falsum tamen esse et consensus plurium longe codicum et ipsum initium commatis proxime insequentis *ὁ γὰρ Θεὸς* indubium reddit. Posset hic numerus lectionum augeri versione interpretis *arabici* ab *ERPENIO* editi, qui habet, *Deus tentat me*, nisi, quod rectissime monuit *f. vener. MICHAELIS* l. c. p. 50, constaret, eiusmodi translationes ad genium, linguae liberius accommodatas, quae sensum non immutant, perperam et temere eo referri.

## §. VIII.

- v. 14. Eadem ratio est verborum v. 14: *ἐκείνος δὲ πειράζεται κ. τ. λ.* quae *Arabs* interpres in polyglottis bibliis obuius reddidit, *unumquemque vero sua tentat conspicientia, dum trahit eum, ac decipit*, sine suscipione facta diuersae lectionis a recepta, vt a celeberrimo *MICHAELIS* l. c. obseruatum est. Neque maiori iure commutatio verbi *ἀποκύβησι* cum *ἀποκύβησι* v. 15 ad v. 15. variantes lectiones refertur, quorsum primus retulit *ven. BENGELIUS* hac addita crisi „*Vff.* pluresue *SCHMIDII* ed. et *Lexicographi*, quae tantum apud ipsum valuit, vt illam lectionem pronuntiauerit *aequalem lectioni textus*. Quod perperam fieri existimamus. Nam etiamsi concederemus verbum *ἀποκύβησι* *græcis* incognitum esse, nusquam saltem apparere in scriptoribus *græcis*, qui verbo *ἀποκύβησι* vtantur; vnde tamen prius nondum colligi potest, quum simplex verbum *κύβησι* aequae ac *κύβησι* eodem plane significato apud *græcos* occurrit; atque faciles essemus in largienda mutatione formae huius verbi, eiusque accentu aliter scribendo: nihilo fecius huiusmodi accentuum varietas, inprimis si vocum significatus non afficit, neque sensum mutat, variantem lectionem textus *græci* in antiquissimis codicibus accentuum signis pariter ac interpunctionibus destituti efficere nequit. Quicquid saltem de alterutra scriptura praeferenda disputatur, ex fontibus principisque constituendarum lectionum variantium desumi nequit, sed ad solas leges grammaticas exigendum est: nisi eandem accentibus et interpunctionibus textus noui testamenti auctoritatem et conditionem falso tribuere et contra indubiam rei euidentiam affingere velimus, quam punctis textus *hebraici* veteris testamenti vindicare satagunt, qui illa diuinitus consignata textuique adiecta esse existimant.

## §. VIII.

- v. 16. Ex duabus a *MILLIO* ad v. 16 productis lectionibus variantibus, a *MASTRICHIO* plane praeteritis, *cel. BENGELIUS* vnam duntaxat commemorat, qua loco *μὴ* scribitur *μὴ οὖν*, hac addita auctoritate *Al. Lat.* Cuius diiudicatione hic eo facilius superfedemus, quo euidentius  
ex



ex interpretationis nostrae p. 53 patere potest, glossemati scribae deberi C. I. 16. hanc insertam particulam illatuiam. Facile etiam cuius constabit, quo iure clariss. CHRISTIAN. TOB. DAMM in versionis *germ.* epist. Iacobi appendice p. 90 pronuntiauerit: „Da lesen die bessern Exemplare im griechischen Texte μη οὖν.“ Altera, quae omissione vocis μου in codice Cov. 3 obuia absoluitur, non magis sollicitare poterit lectionem textus, in primis si v. 2, 19. c. 2, 1. 5 etc. conferantur.

## §. X.

Ad v. 17 MILLIUS haec cumulauit: „Καὶ πᾶν δόρημα] non reddit v. 17. „Syr. vti nec Copt. Καταβαῖνον] deest in Aethiop. κατερχόμενον Cov. 4. „Genev. ἀπό] παρὰ N. 2. Cov. 2. Baroc. παραλλαγῆ] παραλλαγῆς „Hesych. vti videtur. ἀπαλλαγῆ Lu. τροπῆς] momenti AVGVSTIN. „lib. II de ciuit. c. 21 et alibi haud semel. Interpretem latinum, quo vsus „est Augustinus, τροπῆς legisse putat Estius.“ Ex hac insigni copia lectionum a BENGELIO prorsus praeteritarum MASTRICHIVS solam tertiam dignam iudicauit, quam collectioni suae infereret. Quo iure id factum sit, non disputabimus, illud tamen praetermittendum esse non putamus, malae fidei suspicionem facere scriptorem excitando ad hanc lectionem vnicum codicem N. 1, seu noui collegii oxoniensis primum, cuius tamen notitiam ex MILLIO habuit, qui tres codices producit. Quod eo minus excusari potest, quo iniquius allegato canone suo nono haec varietas numero variantium lectionum eximitur eam ob rationem, quod in vnico tantum codice deprehendatur. Reliquae minoris omnino faciendae sunt, textus saltem lectionem nulla verisimilitudine sollicitant. Omissiones versionum quarundam, quales hic in primo et secundo exemplo proferuntur, destitutae codicum consensu, negligentiam et errorem interpretis produnt, sed variantem lectionem nondum efficiunt. Altera lectio lapsus memoriae in librario indicat, sed antiquum, vt in plures, duos saltem, codices propagari potuerit. Coniecturam de HESYCHIO, adiecta apud hunc scriptorem mentio ἐναλλαγῆς, quae vtraque voce ἀλλοιοῦσεως explicatur, valde infirmat; quae tota opinione certo falsa nititur, desumisse glossatorem voces illustrandas, saltem obliquas, ex noui testamenti libris. Postremo loco posita diuinatio ESTII ratione probabilis destituitur: potuit enim interpres vel impropriam vocem, alia aequae impropria, sed lectoribus notiore et vsitatiore visa reddere, vel libertate interpretandi ita abuti, vt in errorem incideret nulla codicis sui auctoritate excusabilem.

## §. XI.

Ad primam vocem v. 18 dupliciter variat lectio: vt vel post vocem v. 18. Σουληθεῖς inferatur γὰρ; vel eidem praeposantur voces αὐτὸς γὰρ. Prio-

B

rem



C. 1, 18. rem variationem ita commemorat vener. BENGELIVS: „*Steph. 1. Euthal. Aeth. Lat.* aliqui, MILLIVS vero his verbis „*Steph. 1 Vulg.* (in editis: sed „*mss. codd. lat.* multi et probati non agnoscunt enim) *Aeth. Euthal.* Vide „*Proleg. 981.* „Vbi huic lectioni tantum defert, vt illam genuinam pronuntiet rationibus ita subductis „*Εὐληθεὶς γὰρ Iac. 1, 18 Codd. aliq. et Vulg. Syr. Aeth.* Qui nullam videbant horum a praecedentibus dependentiam, sustulerunt γὰρ: non est autem *causale*, sed valet hic, quod alias „*passim in N. T. scilicet, nimirum,* aut huiusmodi quidquam. „Quae duo loca eiusdem scriptoris insigniter differunt, licet lectores in posteriori ad priorem remittantur sine vlla animaduersione. Ipsum vero iudicium ita comparatum est, vt tam fides iudicis, quam argumentorum pondus in opinione merito desideretur. Illi enim codices aliqui, in *prolegomenis* commemorati, ad vnicum recidunt, atque versionibus allegatis *Syriaca* ipso MILLIO auctore eximenda est, quam deinde testem alterius lectionis αὐτὸς γὰρ producit. Quidquid autem de verisimilitudine connexionis adiicitur et significatu particulae aetiologicae tantum abest, vt sententiam confirmet, vt glossema potius prodat ex conatu melius connectendi ea, quae in silo aphoristico scriptoris sacri minus cohaerere videbantur, enatam: quod ex interpretationis nostrae p. 59 luculentius apparebit. Altera lectio αὐτὸς γὰρ apud MILLIVM et cel. BENGELIVM cod. *Pet. 3* et vers. *Syr.* nititur. In vtraque commemoranda MASTRICHIVS solam codicis vnici mentionem facit, prorsus neglecta significatione versionum, vt eo facilius per canonem *nonum* appositum loco moueantur; quod in codicum vel leuissima dissensione committendum non fuisset. Quam idem MASTRICHIVS tertiam hic adducit eodemque canone condemnat lectionem a MILLIO, raro admodum exemplo, praetermissam, defunxit ex editione *oxoniensi felliana* anni 1675, vbi p. 571 compareret eadem auctoritate *velesianorum* cod. fulta. Ex reliquis apud MILLIVM obuiis atque ita propositis: „*ἀπαρχὴν*] *Initium (ἀρχὴν) Vulg. τῶν*] omittit *Barb. 1.* Notat et „*Beda* vocem hanc quodam praetermitti. αὐτοῦ] *ἑαυτοῦ Alex.* „prima variantis lectionis ne nomen quidem meretur, quod vtraque vox *graeca latine* sic reddi potuit; duae postremae librariorum errorem praese ferunt.

## §. XII.

v. 19. Primam vocem v. 19, ὡσε, bene multi commutarunt cum ἴσε. De qua lectione MILLIVS n. test. p. 545 haec habet „*ἴσε Alex. Barb. 1. Vel. Copt. Augustin. Beda.* „*prolegomenorum* vero §. 1355 sic pronuntiat „*ἴσε δὲ ἀδελφοὶ μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐγὼ etc. Iac. 1, 19: Alex. Barb. 2 Vulg. Augustin. Beda. nostis, fratres mei, illud Solomonis, SIT OMNIS etc. Qui sensum apostoli non capiebant, rem expediisse se putabant, mutando ἴσε in*



in ὡσε, Cui sententiae WHITBIUS l. c. l. 2 c. 3 sect. 14 p. 77 haec oppo- C. 1, 19.  
 nit „ὡσε ἀδελφοί μου) Vulg. Beda, Augustin. ἴσε scitis fratres mei. Sed  
 Syr. et Oecumenius legunt cum textu; ἴσε, inquit Erasmus in gr. codici-  
 bus non reperio; huic loco non admodum congruit iuxta Esbium. Haec  
 tamen MILLIUS vulgati in gratiam; qui sensum apostoli non capiebant  
 etc. prol. p. 145 col. 1., Neutra crisis aequis lectoribus approbabitur.  
 Ut enim WHITBIUS recte de causa quaestionis sentit: ita iniquior est in  
 MILLIUM, qui neque solo interprete latino nititur, neque, quum codices  
 graecos producit, ERASMI testimonio confutandus fuisset, quem illi co-  
 dices recentius producti et collati praeclare latuerunt, multo minus ESTII  
 iudicio de apta connexionione, cui rectius suum ipsiusmet et lectorum iudi-  
 cium sufficere potuisset, quod illa causa auctoritate non dirimitur, qua MIL-  
 LIVS ESTIO nihil concedet. Parum aequior est MASTRICHIVS, qui licet  
 A. R. 2. V. atque adeo tres saltem testes ipse producat, perperam postha-  
 bitis testibus latinis, quos certe non ignoravit, nihilo tamen fecius cano-  
 nem suum criticum decimum iudicii instar allegat, qui ita se habet „neque  
 duo codices faciunt variantem lectionem contra receptam et editam et sa-  
 ni sensus lectionem etc., Vener. BENGELIUS p. 729 bene scribit „ὡσε]  
 ἴσε Al. Barb. 2. Copt. Lat., in eo tamen plane sibi non constat, quod  
 nulla huius lectionis mentione facta p. 322 eam indignam iudicavit, quae  
 vel infimo ordini lectionum verisimilium infereretur. Debuisset enim ex  
 ipsius sententia contra reprehensiones amicas recens confirmata in tracta-  
 tione de sinceritate n. test. graeci tuenda §. 11 p. 27-30, lectio, in qua alexan-  
 drinus codex et latinus interpres non soli incedunt, sed praeter copticam  
 versionem, antiquitate insignem, aliis codicibus stipati, non solum pro an-  
 tiqua et memorabili haberi, verum etiam suspecta praeteritione ad impro-  
 bables plane omnique verisimilitudine destitutas non detrudi. Felicius  
 hanc quaestionem habuit etc. vener. MICHAELIS, qui l. c. p. III sic scribit:  
 „Iac. 1, 19 ὡσε, Vulg. scitis, Alex. cum Volef. Barb. 1. ceu latinizantibus et  
 „Copt. ἴσε, sensu nexuque vocum propemodum nullo, heic tamen for-  
 te ex communi exemplari gracco corrupta., Tantum enim probabilitatis  
 huic lectioni detrahitur, si internae verisimilitudinis ratio habetur, etiamsi  
 sensus a MILLIO propositus in subsidium vocetur, qui improbabilior cer-  
 te et impeditior vix excogitari posset, nulla allegatione verborum SALO-  
 MONIS, quae nusquam comparent, expediendus, omni inprimis destitutus  
 exemplo vel similis vel eiusdem formulae allegandi; quantum ipsi externae ve-  
 risimilitudinis et numero et conditione testium excitatorum conciliatur, qui  
 tanti omnino non sunt, ut testibus receptae lectionis praesent. Omissio  
 vocis ὡσε in codice Seidel. apud MILLIUM, apertum librarii mendum  
 est.



## XII

## EXAMEN VARIANTIVM LECTIONVM

C. 1,19. est. Vtraque lectio, tam καὶ ἔσω eccl<sup>icis alexandrini</sup>, quam ἔσω δὲ cod. *barber. 1* et *vulgatae* versionis sensum a MILLIO effectum improbabiliorum efficit. In posterioris repetitione ven. BENGELIVS solum testem *Lat.* interpretem, MASTRICHIVS vero solum cod. *R. 1* seu *romanum* bibliothecae *barberinae* producit, vt recitato canone *nono* illico conclametur; quod in neutro ferendum esse putamus. Ultima lectio duplex a solo MILLIO memorata „*Ἐραδὸς εἰς ὄργην*] omittit *Aethiop. Et tardus* etc. „*Vulg.* „ rectius ad errores seu menda versionum pertinet, atque ex variantium lectionum collectionibus exsulat.

## §. XIII.

v. 20. Quam in v. 20, solus MILLIVS affert lectionem, οὐκ ἐργάζεται pro οὐ κατεργάζεται, codicibus *Alex. Magd. 1 Cov. 3.* sultam, cel. BENGELIVS pariter ac MASTRICHIVS silentio praetereundam duxerunt, licet bene multis ab utroque commemoratis praestet, atque non plane nullius momenti sit, ad rectum de codicum conditione pretioque singulis statuendo iudicium, quod in primi ordinis libris manuscriptis haud temere negligendum est. Eadem ratio est lectionis v. 21, περισσευμα loco vocis *περισσειαν* in codice *alexandrino* obviae, quam a ven. BENGELIO praetermissam, MASTRICHIVS ex MILLIO retinuit. Reliquis duobus ad hunc versum a MILLIO productis „*πρεσβύτητι*] *πρεσβύτητι* Cod. al. apud *Curcellaeum* „(*Comp. sc.* aut *Edit. prima Erasmi*). *ὑμῶν*] *ἡμῶν* *Laud. 2 Lin. Cov. 3.* „ facilius caremus in collectionibus lectionum, priori saltem; posterioris tamen mentionem ven. BENGELIVS omittere non debuisset, qui singulos hos codices tres p. 728 ad primam classem manuscriptorum librorum huius epistolae retulit.

## §. XIII.

v. 22. Ad v. 22 MILLIVS quatuor variationes proponit: illa enim in versione *aethiopica* facta omisso particulae δὲ primo loco posita redundat. Prima illo nomine paullo dignior consistit in commutatione eiusdem particulae δὲ cum γὰρ in cod. *Steph. 1*, quae vel nullius momenti est vel admodum levis et imparis plane ad sollicitandam lectionem receptam. Quae proxime sequitur commutatio λόγου cum λόγων unico codice *N. 1* sulta maiorem attentionem non meretur. Tertia, quae eidem voci sufficit νέμου, paullo plus roboris habet, ex *Steph. 17. Pet. 1. Arab. Aethiop.* defuncti, quo exiit a MASTRICHIO, qui unicum cod. *Steph. 1* producit, vt canonis suo nono locus fiat et triumphus paretur. Cui tamen excusatus velificari potuisset sine noua vel negligentia vel praeuaricatione duplici, et praeferendi codicem *Stephanianum Petasiano* maioris auctoritatis et teme-



re vocandi hunc codicem *Stephani* primum, qui decimus tertius est. Ven. C. 1, 22.  
 BENGELIUS hanc lectionem ita commemorat „νόμου *Pet. 1* et al. ex c. 4,  
 „II. „ Quae coniectura non plane improbabilis longe verifimilior foret,  
 si ille locus praecederet aut minus ab hoc distaret. Potuit enim sine hac  
 recordatione vox notior et vsitatior illo significato, qui hic requiritur,  
 loco minus vsitatae poni interpretamenti instar, quod v. 23 in pluribus co-  
 dicibus factum est, ubi in vno codice *Lin.* glossema ad marginem collocatur.  
 Quartam lectionem seu omissionem vocis *μόνον* a MASTRICHIO praeter-  
 mitti *fellianam* editionem 1675 secuto, eo magis miramur, quo plus pon-  
 deris habere videtur. MILLIUS de illa haec commentatur: „Deest in  
 „*Hunt. 1. B. 2.* nec habet editio *Aldina* aut *Froben.* Imo nec *latini* codi-  
 „ces emendatiore, teste *Erasmo*; qui proinde adiectum putat a quopiam,  
 „cui cum absurdum videretur praescribi nobis *ne essemus auditores verbi*,  
 „velut interpretans scriptoris mentem, addidit *auditores tantum.* Haec  
 „ille. Cum tamen non modo codex ille *Rhodiensis*, quem ad *latinos*  
 „codd. emendatum suspicatur, sed omnes omnino hodie libri *gr.* et *latini*,  
 „quos quidem viderim, habeant *μόνον.* „ Laudanda hic est MILLII cir-  
 cumspectio, qua sibi temperavit a temeritate amplectendi hanc omissi-  
 onem, licet ERASMVVM habuerit praeuntem ratione abusum, quae ali-  
 quam sed magnopere exiguam veritatis, probabilitatis saltem, speciem  
 prae se fert. Idem tamen in oppositam temeritatem incidit, qua negat  
 vsquam abesse *μόνον* in libris *gr.* et *lat.* immemor certe codicum, quos  
 paullo ante commemorauerat, ubi omnino deest. Accuratioer fuit vener.  
 BENGELIUS, qui haec habet „omitt. *Er. Bas. 2. Hunt. 1. Lat.* aliqui; vti  
 „v. seq. „ neglecta tantum mentione editionis *aldinae* et codicis *barberini.*

## §. XV.

Ex septem lectionibus a MILLIO ad v. 23 congeflis, cel. BENGELIUS v. 23.  
 nullam, MASTRICHIVS tres duntaxat retinuit. Quarum prima  
 omissionem particulae *ὅτι* absoluitur in *alexandrino* codice facta; altera  
 commutatione vocis *λόγου* cum *νόμου*, ubi tamen perperam solus codex  
*romanus* bibliothecae *barberinae* quartus allegatur fide editionis *fellianae*,  
 neglectis testimoniis apud MILLIUM obuiis, *Pet. 1. Cov. 2. Arab.* et in  
 margine *Lin.*; tertia vocem *ὡς* inferit ante *ἐν ἐσόπτρῳ*, auctoritate vnus  
 codicis *Stephaniani* non *primi*, vt per errorem ponitur, quum haec epi-  
 stola in illo non occurrat, sed *decimi.* Reliquae quatuor lectiones *millia-*  
*nae* his verbis proferuntur „*εἰ τις*] ἢ *τις Alex.* Solemne est librariis η et  
 „*εἰ* confundere. *εἰ τις γὰρ Syr. οὗτος*] deest in *Hunt. 1. τῆς γενέσεως*]  
 „non reddit *Syr.* „ Prima et tertia ad menda codicum pertinent; quarta  
 ad errores interpretis: in secunda vero commemoranda MILLIUS igno-  
 rasse



C. 1. 23. raffe videtur, quid requirat, incogitantiae saltem suspicionem facit, dum *Syrum* interpretem vtriusque erroris infimulat tam omittendi vocem ὄτι, quam suffiendi eidem γὰρ, quod et simul locum habere nequit, et in altera accusationis parte vitio caret, quum ὄτι aequae ac γὰρ aetiologiam indicet atque idem plane significet.

## §. XVI.

v. 24. Soli MILLIO merito relinquuntur ambae lectiones v. 24. si eo nomine venire possunt, quod neque omissioni vocis καὶ apud *Aethiop.* convenit, neque commutationi verbi ἀπελήλυθε cum παρελήλυθε in codice *Cov. 2* facta, cui coniectura MILLII nihil roboris accedit, satis incogitanter sic apposita, nescio an et *Syrus*. Minus in recessu habet, quam fronte promittit satis copiosa MILLII commentatio ad v. 25; ex cuius octo lectionibus tres tantum remanserunt apud MASTRICHIVM et reuer. BEN-  
GELIVM, non tamen utrobique eadem. Prima a MASTRICHIO repetita, qua loco vocum τέλειον τὸν legitur τελείας *velesianorum* codicum fide nititur admodum sublesta. Alteram, quae ex omissione vocis οὗτος ante οὐκ enascitur, MILLIVS sic recenset „deest οὗτος in *Alex. Barb. 1. Colb. 7. Genev. Vulg. Syr.*“, MASTRICHIVS codicum duorum tantum mentionem facit, *Alexandrini* et *Romani* primi bibliothecae *barberinae*, ut securius canonis decimi excitatione debelletur; vener. BEN-  
GELIVS solum *Alexandrinum* codicem appellat, reliquos tres vniuerse exprimit *et al.* Idem ad eandem vocem duas alias lectiones ex MILLIO desumit atque ita commemorat „in ea habet *Lat. Syr. οὗτος Er. annot.*“, Quod postremum tamen ad opinioniones *Erasmi* pertinet, siue codicum auctoritate sic conii-  
cientis ad iuuandam sensus intelligentiam, quam hoc certe remedio et alleuamento non indigere p. 77 interpretationis nostrae commonstratum inimus. Sententiam MILLII prolegomenorum §. 1248 p. 129 temere praecipitatum atque his verbis conceptam „καὶ παραμείνας, οὐκ ἀκροα-  
της *Alex. codd. al. οὗτος* insertum puto de posteriori parte huius verficu-  
li,“, WHITBIVS l. c. p. 77 sic conuellit. „οὗτος οὐκ - - - οὗτος μα-  
κάριος] deest hic οὗτος primus apud *Vulg. et Syr.* 2dus apud *Cant.* ob  
„pleonasinum hebraicum non intellectum. Sunt autem in *Arabe* et *Occu-  
menio*, estque, dicente *Grotio*, pulchra ἀναφορὰ in pronomine οὗτος.“, Vbi bonae causae male consultitur prouocatione ad versiones, quae nihil hic dirimunt, neglectis codicum testimoniis, quibus abunde defenditur. Tertiam lectionem MASTRICHIVS ex editione *felliana* desumere maluit, ubi ad commutationem vocis ἐπιλήσμωνης cum voce ἐπιλήσμων solus codex *Steph. 1* allegatur, quam ex *milliana*, quae duos codices exhibet *Steph. 1 γ* et *Cov. 4*. Reliqua apud MILLIVM et omissio vocis τέλειον in cod.  
Lauch.







C. 1, 26 melius efficitur. Neque rem efficiant, quae WHITBIUS MILLIO opposuit l. c. „ἐν ὑμῶν“, quod deest Vulg. Syr. merito videtur adiectum, ita „Millius hic et Prol. p. 123 col. 1. est tamen in *Oecumenio*, et, teste *Erasmio*, „in *Graccis*.“ Postquam enim MILLIVS *graccos* produxit, in quibus haec verba desunt, ERASMI assertio concidit, qui de *graccis* codicibus a se visis duntaxat loquitur. Versiones vero plures quam *vulgata* et *Syriaca* lectioni, quam tuetur, refragantur, quae in confutatione praetereundae non fuissent silentio facile suspecto. Rationes igitur reddituri, cur oppugnantibus receptae lectionis hoc loco non assentiamur, integram rem quatuor observationibus expediri posse speramus, quarum duae ad externam probabilitatem; alterae ad internam verisimilitudinem pertinent, per regulas §. 143 breuiarii nostri hermeneutici expositas. Primum, quatuor codices, qui haec verba omittunt, et quorum ex ipsa ven. BENGELII sententia duo tantum ad primam classem manuscriptorum exemplarium huius epistolae pertinent, duo vero ad secundam, tredecim codicibus primae classis et viginti duobus secundae nulla verisimilitudinis specie praeferrari possunt, imprimis accedente *Oecumenii* suffragatione. Per codices saltem firmiter dici nequit lectio quatuor codicum auctoritate fulta, lectione quinque et viginti codicum et *Oecumenii*, qui plurium codicum instar est, testimoniis stabilita. Deinde versionum omissionibus parum tribui potest, si verba praeterita redundare, ad sensum saltem efficiendum non requiri, eumque ipso pleonasmio impeditiorem quam expeditiorem reddere videntur; quod in verbis iam controuersis locum habere nemini dubium aut obscurum esse poterit. Praeterea haec ipsa verborum conditio ad sensum relata, omissionem in ipsis codicibus longe probabiliorem facit quam adiectionem, quae hic ne speciem quidem glossematis et interpretamenti haberet, ut coniectura MILLII supra commemorata rectius inuertatur atque sic statuatur, *neminem facile inserturum fuisse verba, quae adeo superflua esse et abundare atque a sensu abesse videntur, nisi exstitissent in autographo IACOBI*. Locutiones denique parallelismo non solum remoto PAVLI, I Cor. 3, 13, verum etiam proximo ipsiusmet IACOBI, cui haec formula ἐν ὑμῶν familiaris admodum fuit c. 3, 13. c. 4, 1. c. 5, 13. 14. 19. non facile glossematis suspicionem faciunt.

## §. XVIII.

In discutiendis reliquis lectionibus v. 26 breuioribus nobis esse licebit. A MILLIO commemorata lectio „ἐῖ τις“ si quis autem. *Vulg. Syr.*, quum libertati interpretum danda sit, iure praetermittitur a MASTRICHIO et cel. BENGELIO: qui maiori iure mentione discriminis *ἑῶντος* et *ἑῶντος* sine vlla significatus varietate post MILLIVM facienda, nouoque



que teste augenda superfedere potuisset; aequae ac WHITBIUS, qui *He-C. 3, 26.*  
*sychium* rectius pro *Θεῖος* excitat, ubi pag. 1731 observationibus a cel.  
*Io. Alberti* collectis illustratur. Neque plus negotii faceissent lectiones se-  
 ptem a MILLIO ad v. 27 congestae: in quarum prima „*Θεῖος*] γὰρ ad- v. 27.  
 „dunt *Alex. Cod. al. apud Curcollacum, Syr.*„ ille aliquis vel aliqui codices pro  
 fictis merito habentur, donec appareant. MASTRICHIVS insigni errore  
 perhibet, γὰρ illud bis exstare in codice alexandrino, in quem, si quid  
 intelligimus, abreptus est sphalmate typographico editionis *fellianae*, quo  
 signis duobus variationis in textu obuiis vna tantum respondet varians le-  
 ctio, neglecta altera a MILLIO recte exhibita. Duae proximae lectio-  
 nes „dè addit *Aethiop. καὶ ἀμίαντος*] omittit *Aethiop.*„ non textum sed  
 versionem afficiunt. Quartam varietatem MILLIVS ita proponit, „τῶ  
 „*Θεῶ*] omittunt artic. τῶ codd. plurimi„ quorum cel. BENGELIVS quos-  
 dam appellat, dum perhibet „omitt. τῶ post *παρὰ Comp. Aug. 6 Vff.*  
 „cod. plurimi: τῶ al. edd.„ Tres postremae „καὶ post *Θεῶ* deest in  
 „*Syr. et Aethiop. πατρὶ*] τῶ πατρὶ *Alex. ἄσπιλον*] praefigunt *Vulg. Syr.*  
 „*Arab.*„ ita comparatae sunt, vt neque sensum mutant, neque textum  
 vere variant.

## §. XVIII.

Ad capitis secundi versus primos duo vener. BENGELIVS nullas, C. 2, 1. 2  
 MASTRICHIVS vnā retinuit variationem lectionis ex MILLIO; qui haec  
 perhibet „*προσωποληψίας*] - *Ψα N. 2*, nescio an et *Vulg. Syr. Arab.*  
 „*Aethiop.*„ Quod ipsum nescire potuisse difficulter credibile est: quum  
 non maior hic eiusmodi quid coniciendi opportunitas locum habeat, quam  
 statuendi LUTHERVM vsū fuisse editione, in qua pluralis numerus de-  
 cefferit singulari. In reliquis quatuor haud obscuriora aberrationis libra-  
 riorum indicia deprehenduntur, quod sola recitatio satis euincit „*ἔχετε*] v. 3.  
 „*ἔχετε N. 2. τῆς δόξης*] omittit *Colb. 7. εἰσέλθη*] *συνέλθη Sin. ὑμῶν*] v. 3.  
 „*ὑμῶν Cov. 4.*„ Illa vero accessio verborum in versione arabica bibliorum  
 polyglotton facta, ubi τοῦ Κυρίου - τῆς δόξης redditum est, domini no-  
 stri Iesu Christi; Domini gloriae, ad interpretamenta versionum pertinere  
 sine lectionis variatione, iam obseruauit f. reuer. MICHAELIS l. c. p. 64.

## §. XX.

Ex quinque variationibus v. 3 a MILLIO recensitis vener. BEN- v. 3.  
 GELIVS duarum tantum mentionem facit, ita tamen vt non solum a  
 MILLIO discedere, verum etiam a semet ipso dissidere videatur. Pri-  
 orem sic recitat „*ᾧδε alterum*] omittunt *Al. Colb. 7. Lat.*„ alteram vero  
 ita adiicit „*ὑποπόδιον*] *ὑποπόδιον τῶν ποδῶν Idem.*„ neglectis sex testi-  
 bus posterioris varietatis apud MILLIVM obuiis, ubi praeter tres iam com-  
 memo-



C. 2, 3. memoratos comparent *Barb. 6 Pet. 1. N. I. Syr. Aeth. et Oecum.* Requi-  
 fuisset insignis hic comitatus, quo codex *alexandrinus* et *latinus* inter-  
 pres slipati incedunt, honorificentiore locum maioremque auctorita-  
 tem, quam utriusque huic variationi tribuitur a cel. scriptore, qui prae-  
 teritione ad p. 323 satis significat, ne in inferioribus quidem ordinibus  
 probabilium lectionum illas collocandas esse, eadem a sententia sua dif-  
 fensione, cuius supra §. XII p. XI exemplum vidimus. Longe tamen  
 inexcusatus a MASTRICHIO ad utramque hanc lectionem solus *alexan-*  
*drinus* codex producitur, ut canoni *nono* locus fiat. Quae restant varie-  
 tates apud MILLIVM sic exhibentur „*αὐτῶ*] deest in *Alex. Colb. 7. „ᾧδε*]  
 „(prius sc. ante *καλῶς*) deest in cod. al. apud *Curcellaeum, Aethiop. ὑπὸ*]  
 „*ἐπὶ Colb. 7 Genev. Cov. 4.* Harum duae priores a MASTRICHIO repe-  
 tuntur, addita ad primam codicum apud *Curcellaeum* allegatione; qui  
 tamen per ipsum excitatum canonem *decimum tertium* nulli sunt.

## §. XXI.

v. 4. De prima lectionis variatione ad v. 4 a vener. BENGELIO com-  
 morata nihil temere pronuntiabimus. Ingenue tamen fatemur, verba  
 ibi obuia „om. *κα]* *Al. Barb. 6. Colb. 7 N. I. Pet. 1. Aeth. Lat. Syr. vel*  
 „etiam *Copt.* „ erroris suspicionem nobis facere in transcribendo MILLIO  
 commissi. Quum enim illi testes excitati ad vnum omnes, si a postremo,  
 interprete *Copto* discesseris, apud MILLIVM hoc loco non comparent,  
 ad ultimam vero lectionem v. 3 allegantur, quorum plerosque cel. BEN-  
 GELIVS aliunde habere non potuit, et quorum mentionem ad eandem  
 versus praegressi lectionem omiserat; factum fuisse calami errore arbitra-  
 mur, ut testimonia aliorum referenda huc transfirent. Qua coniectura,  
 si non fallimur, concidit commemoratio huius lectionis p. 323, quae tamen,  
 si vel maxime efficeretur allegationis veritas, aliter fieri debuisset: quum  
 cel. scriptor parum sibi constare videatur vocando lectionem *minus fir-*  
*mam*, quae praeter *alexandrini* codicis et *latini* interpretis suffragationem  
 septem testibus non contemnendae auctoritatis confirmatur (§. XII).  
 Nihilo secius lectionem hic variare non inficiamur, sed MILLIO illius  
 praeteritionem exprobramus, de qua BENSONII paraphr. ep. *Iacobi* p.  
 98 *ed. lat.* conferri meretur. Ad alteram variationem, quae omissione  
*ov* absoluitur, MILLIVS praeter consuetudinem in vindicanda lectione rece-  
 pta copiosus atque iusto verbosior est, quum ita scribit: „Omittunt *ov*  
 „*Cov. 4. Genev.* Forte quod negatio sensum laedere videretur. In hac  
 „enim *προσωποληψία*, manifestum est *discrimen fecisse* doctores istos,  
 „dum in conuentibus sacris, opulentioribus honorificas assignarent sedes,  
 „egenis aut nullas, aut plane infimas. Et quidem si absque interrogatio-  
 „ne



„ne legantur ista, (quomodo apud *Oecumenium*, aliosque aliquos) turbat C. 2, 4.  
 „omnia istud *οὐ*, et in interpretationem duram atque coactam concidit;  
 „*Oecumenii* sc. istam *οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς] ἀντὶ τοῦ, τὸ διακριτὸν*  
 „*ὑμῶν διεφθέρατε*. Sed recte illis affigunt Editiones omnes interrogan-  
 „di notam. Quibuscum conferenda sunt, quae ab eodem in prolego-  
 „menis §. 592 p. 57 exhibentur „*nonne iudicatis apud vosmet ipsos etc. c. 2,*  
 „4. Quid haec ad textum apostoli, *οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς?* In poste-  
 „rioribus codd. hoc emendatum: *nonne diiudicati estis inter vos?* sic  
 „codex *Corbeiensis* (nisi quod praetermiserit vocem primam). Recte fa-  
 „tis, id enim sibi volunt *latina* ista: nonne distincti et in classes ordines-  
 „que diuersos distributi estis inter vos? nonne discrimen apud vos feci-  
 „stis personarum, idque praeter mentem *Christi?* in quo sicut non est  
 „distinctio *Iudaei* et *Graeci*, serui et liberi, ita nec diuitis et pauperis. Vix  
 „opus fuerat tanta confutatione lectionis tam exiguae probabilitatis  
 „externae, cui verisimilitudinis internae species alia non improbabiliori ra-  
 „tione, interpretationis nostrae p. 92 exposita, detrahi potuisset. Quam  
 „*MASTRICHIVS* ex *felliana* editione hic producit lectionem *ὁ* loco *καὶ οὐ*,  
 „solo *Vel.* codicum testimonio fultam, rectius praeteriisset, quam omissionem  
 „voci *οὐ*. Neque maiori iure omisso vocis *καὶ* ante *ἐγένεσθε* apud  
 „*MILLIVM* et vener. *BENGEIVM* lectionem variare dicitur aberratione  
 „vnius codicis *Cov. 2*, atque interpretis *arabici*.

## §. XXII.

Vix longius distare possunt sententiae criticorum, quam dissident in v. 5.  
 „prima lectionis varietate v. 5 diiudicanda. *MILLIVS* eam sic exhibet „*τοῦ*  
 „*κόσμου τούτου] ἐν τῷ κόσμῳ (Cov. 4.) τούτῳ Genou. Vel. Vulg.* Deest *τούτου*  
 „in *Alex. Sin. Magd. 1 N. 1. 2. Laud. 2. Pet. 1. 3. Colb. 7. Cov. 2. 3. 4. Cant. 2.*  
 „*Lu. Comp. Syr. Arab.* In codice *Lin.* punctulis supra notatur tanquam  
 „delendum. „*Cel.* *BENGEIVS* hunc censum ita agit „om. *τούτου* post  
 „*κόσμου Comp. Al. Aug. 6. Colb. 7. Lu. Pet. 3. Sin. Vff.* nec non *Cov. 4.*  
 „*Lin.* et octo alii, *Arab. Syr. Oecum.* in comment. *Euthal. τούτου* edd. al. „  
 „Vbi tamen neque *lincolniensis* codex, neque *couellianus* quartus inter cer-  
 „tos testes numerari debuissent, quum punctula in priori obuia recentius  
 „apponi potuerint, posterior vero *latinum* interpretem liberius sequatur.  
 „Multo minus haec variatio praeteritione p. 323 ex memorabilium lectio-  
 „num numero excludi, atque ad veri plane dissimiles detrudi recte potuit.  
 „*MASTRICHIVS* tres tantum codices *A. M. N. 2* producit, quos canone  
 „*undecimo* non sufficere pronuntiat ad faciendam lectionem variantem.  
 „In oppositum errorem delabitur non sine manifesta praeuaricatione edi-  
 „tor noui test. *graeoanglicani*, qui p. 864 textum hac voce *τούτου* trun-  
 „cat,



C. 2, 5. cat, testibus ex MILLIO ita recitatis „*τουτου* is not in Alexand. Sinah, „Magdal. 1. N. Col. 1. 2. Land. 2. Petav. 1. 3. Colbert. 7. Conel. 2. 3. 4. „Cantab. 2 Lucianus, Complutens. ed. Syriac. Arabic., atque admodum inepte et infcienter ex codice *Lu.* a MILLIO perpetua hac nota, quae nusquam tamen explicatur, designato scriptorem antiquum *Lucianum* effugit. Ad conuellendam hanc temeritatem, duplicem hanc obseruationem sufficere arbitramur: *primum* numerum codicum, etiamsi ex calculo *bengeliano* ineatur, vt septendecim prodeant, nondum efficere maiorem partem codicum obuiorum huius epistolae, quorum instituta collatione varietates in tabulas relatae sunt, sed remanere duo et viginti; *praeterea* vero longe probabiliorem esse omissionem erroneam vocis, redundare visae, adiectione pleonastica, quae ne leuissimam interpretamenti speciem habet (§. XVIII). Quae apud MILLIUM sequuntur „*κληρονόμους*] *συγκληρονόμους* Copt. Βασιλειας] *ἐπαγγελίας* Alex. *ἐπιγγελάτο*] Deus addunt *Vulg. Syr.*, nullam lectionum variationem efficiant. Ad postremam recte obseruat f. reuer. MICHAELIS l. c. §. 77 p. 82 argui *syriacam* versionem mendii, versione *arabica* ab *Erpenio* edita, quae ex illa confecta est.

## §. XXIII.

- v. 6. Ad v. 6 MILLIUS tres varietates recenset „*ούχ*] *ούχι* Alex. *ύμῶν*] „*ύμῶς* Alex. *ύμῶς*] *ήμῶς* Pet. 3., MASTRICHIVS duas posteriores tantum, vener. BENGELIUS nullam, quod singulae ad menda codicum pertinent.
- v. 7. Idem tamen v. 7. praeterita mentione variationis apud MILLIUM facta „*ούκ* „*αὐτοῖ*] *καὶ αὐτοῖ* Alex. Colb. 7 *Aethiop.* *καλόν*] *καινόν* *Occumen.* vt apparet „ex commentario „ in sphalma editionum animaduertit; „*καλόν*] κ pro λ, „ed. non vna hodie sphalmate omnibus modis emendando, a quo nemo facile periclitabitur. Ad v. 8 a MASTRICHIO nulla commemoratur varietas, a cel. BENGELIO vna tantum, a MILLIO quatuor his verbis „*βασιλικόν*] omittit *Syr.* *τὴν γραφὴν*] *τὰς γραφάς* *Cov.* 4. *Genev. Vel.* „*Vulg.* vide etiam Proleg. 956. *πλησίον σου*] *deest σου* in N. 2. *σεαυτὸν*] „*εαυτὸν* *Sin. Cov.* 2. 3. *Laud.* 2. *Magd.* 1. *Hunt.* 1. *Lin.* N. 1. L. cod. al apud „*Carcellaeum* (*Comp. sc. vel Col.*), Primum et tertium exemplum ad sphalmata pertinet. Ad alteram lectionis variationem interpreti *latino* imputandam, quem *latinizantes* codices secuti sunt, excitatus locus in prolegomenis p. 91 indubium *glossema* commemorat vocum post *γραφὴν* insertarum *τὴν λέγουσαν*. Quartae lectionis testibus *millianis* a BENGELIO adduntur duo noui *Aug.* 6 et *Vff.* Qui tamen singuli ab errore memoriae liberari nequeunt. Ex tribus lectionibus v. 10 a MILLIO sic commemoratis „*γάε*] autem *Vulg. Aethiop.* *τηγήσει*] *πληρώσας τηγήσει* *Colb.* 7. „*πλη-*



πληρώσει Alex. Vulg. πταίσει] πταίση Alex. Vulg., vener. BENGELIUS C. 2, 10 nullam retinuit, MASTRICHIVS duas posteriores producit, adiecta tertia, ex editione *folliana*, qua loco τηρήσει in codice romano *barberinae* bibliothecae primo legitur τελεσει, eodem plane mendii indicio, quo se reliqua exempla huc produunt.

## §. XXIII.

Insignior visa est et verifimilior, quam meretur, vener. BENGELIO lectio v. 11, quae μοιχεύσεις, Φοβεύσεις commutat cum μοιχεύεις, Φοβεύεις, adeo ut p. 323 eam per codices firmiorem pronuntiet lectione textus: licet p. 749, praeter *syrum* interpretem, qui nihil hic efficit, soli codices duo *Al.* et *Vff.* excitentur vna cum editione *Colin.* Illud enim additamentum *pluresue*, nemine nominato, cautis lectoribus non satisfacit, quum nusquam compareant in varietatum collectionibus hi testes incogniti. Reliquae varietates et leniores sunt et nullius fere auctoritatis, tam earundem vocum, apud *Curcellacum* praeunte, ut videtur, *Erasmi* editione in μοιχεύσης et Φοβεύσης transformatarum, quam aliarum, εἰπὸν in εἶπας in alexandrino codice, εἰ δὲ in εἶν δὲ in *Couch.* 4. *Gencu.* et γέγονος παρὰ-εἰσῆτης in ἐγένου ἀποσῆτης in alexandrino codice. MASTRICHIVS hanc ultimam et antepenultimam solas commemorat. In v. 12 solus MILLIVS v. 12, exhibet „νηνεδαί] νηναδαί edit. 2 priores *Ald.*, Quae a f. vener. *Michaelis* l. c. tam p. 46, quam in indice ad *Iac. 2, 12* contra MILLIVM moneantur, errore typographico huc referuntur, pertinent enim ad *Iac. 4, 12.*

## §. XXV.

Plura differunt et probabilius in v. 13. Primam varietatem a MASTRICHIO plane praeteritam, satis tamen memorabilem, licet sensum non mutet, ita recitat MILLIVS „ἀνέλεος] ἀνέλεως *Magd.* 1. *Cov.* 3. „*Pet.* 3. ἀνέλεος *Alex. Baroc. Laud.* 2. *Lin.* N. 2. *Pet.* 1. *Cov.* 2. *Gencu.* L. *Lu. Occumen. Seidel.*, Vnde posteriorem lectionem vener. BENGELIUS p. 323 per codices firmiorem lectione textus pronuntiat, addita p. 729 suffragatione codicis *Vff.* Altera apud MILLIVM ita se habet, ποιήσαντι „ἐλεος] ἔλεον *Baroc. Barb.* 4. *N. 2. Pet.* 3. *Colb.* 7. *Col.*, Idem tertiam variationem sic producit „καὶ deest in *Alex. Laud.* 2. *Colb.* 7. *Cant.* 2. *Cov.* 2 „3. 4. *Pet.* 1. 3. *Gencu. Magd.* 1. *N. 1. 2. Lin.* L. *Lu. Comp. Vulg. Syr. Seidel.*, Quam a MASTRICHIO plane praeteritam ob silentium editionis *follianae*, si cel. BENGELIUS per codices firmiorem lectione textus, nec tamen plane certam pronuntiasset, nihil admodum refragaremur: quod vero editorem n. test. *graecoanglicani* secutus, illam in textu collocat, receptam vero ad infimum ordinem lectionum non probandarum, quamvis a nonnullis probatarum, detrudit, cautis arbitris difficulter approbabitur; licet



C. 13. numerum testium *millianorum* ab editore n. t. *graecoanglicani* temere et sine examine admissum, non solum auctoritate versionis *vulgatae* recte priuauerit, verum etiam duobus suffragiis codicis *Aug. 6 et Vff.* auxerit. Tantum certe non praevalent codices octodecim contra reliquos 21 interna verisimilitudine communitos, ipsaque versionum *Latinae* et *arabicae* suffragatione confirmatos, qui disertam connexionem paullo aliter reddiderunt, ut *δὲ* legisse videantur, quod ipsum tamen particula *καί* subinde significat; quod ad eiusdem vocis cum *δὲ* commutationem in codice *alexandrino* et *Barber. 1* factam aequae pertinet. Quartam *κατακαυχάσω* pro *κατακαυχάται* *MASTRICHIVS* soli *alexandrino* codici tribuit, atque canonis *noni* excitatione loco mouet, *MILLIVS* duobus aliis codicibus confirmat *Cou. 4. et Geneuensi*; *cel. BENGELIVS* *exc. 1, 9* enatam conicit, noquamque variationem eiusdem vocis in *κατακαυχάτε* mutatae vnus codicis *Vff.* auctoritate, *syriaco* tamen interprete stabiliendam, apponit. Quinta voci *ἔλεος* sufficit *ἔλεον*, apud *MILLIVM* „*Lin. N. 1. 2. Baroc. Cov. 2. 3. 4. Laud. 2. Barber. 4. Genev. Vien. Lu. Ald. Col. ed. 1 Rob. Stephani, Oecumen.* „ quibus vener. *BENGELIVS* addit *Aug. 6 et Vff.*

## §. XXVI.

v. 14-16. Quae in v. 14 ad 16 apud *MILLIVM* deprehenduntur varietates, a *cel. BENGELIO* ad vnā omnes praeteritae, huc redeunt: „14 *ἔχη]* *ἔχεν* „*Cou. 3. σώσαι αὐτὸν]* *σῶσαι αὐτόν, παρεκτός τῶν ἔργων*; *Copt. 15. εἰάν* „*δὲ]* deest *δὲ* in *Cou. 4. N. 1 Arab. καί λειπ.]* deest *καί* in *Colb. 7. ἡ λειπ.* „*Alex. Arab. Aethiop. 16 εἶπη δὲ]*, *καί εἶπη Alex. Colb. 7. Genev. Syr. Arab. Aethiop. καί χορτάζει]* omittit *Lin.* „ *MASTRICHIVS* tres tantum commemorat, omissionem *καί* v. 15 a *Copto* interprete factam, pro *Colbertino* codice forsitan posito, eique suppositam vocem *η* in *alexandrino* codice, atque mendum *lincolniensis* codicis; quae singula pariter ac reliqua erroribus scribarum et interpretum debentur.

## §. XXVII.

v. 18. Maior est et impeditior interpretum dissensio ad v. 18. Princeps varietas in verbis deprehenditur *ἐκ τῶν ἔργων σου*, eaque quadruplex. Potissima variatio, et quae sola interpretem ambiguum reddere suspensumque tenere potest, vocem *ἐκ* cum *χωρίς* commutat. Cuius lectionis *MILLIVS* hos testes producit „*Steph. 100 Alex. Cov. 2. Barb. 1. Colb. 7. Col. edit. al. L. Copt. Vulg. Syr. Aethiop. Faustus Regiensis* in epistola quadam. „ Idem admodum verbosus est in confutanda hac varietate, cuius causam ex internae probabilitatis rationibus dirimit, lataeque sententiae explicatione commoda lectionis receptae subuenire fatagit. Eidem causae patrocinatur



tur MASTRICHIVS, sed perquam imperite: excitatis enim tribus tantum C.2, 18. codicibus A.R.I. S.I, quos in editione *felliana* allegatos inuenit, recitatione canonum *undecimi* et *septimi* ipsam lectionis variationem nullam esse pronuntiat, licet ipsi hi canones mirifice a vero rectoque aberrent, restrictione saltem et limitatione magnopere indigeant. Meliorem in hac causa cognoscenda recuperatorem agit vener. BENGELIVS, qui p. 324  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$  lectionem pronuntiat per codices firmiorem lectione textus, nec tamen plane certam, p. 729 autem sententiae suae rationes ita subducit „ $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$ ] *Al. Barb. 1. Colb. 7. Cov. 2. L. Steph. 10. Aeth. Arabs Erpenii, Armen. Copt. Lat. Syr. Faustus Regiensis, Colinaei et Bezae ed. Castellio, Hülfem. de aux. grat. in append. p. 344. Clericus. Ex v. 20 et 26.* Quae satis demonstrant receptam lectionem ab ipso praeferrri, quam *gnomonis* p. 990 solam commemorat et sequitur, alteri non penitus improbabili. Quam ob rem a clariss. DAMMIO l. c. p. 92 etc. scribi non debuisset „Aber was die Worte betrifft  $\delta\epsilon\acute{\iota}\xi\acute{\nu}\ \mu\omicron\iota\ \tau\eta\acute{\nu}\ \pi\iota\varsigma\iota\nu\ \sigma\omicron\upsilon\ \acute{\epsilon}\kappa\ \tau\omega\acute{\nu}\ \acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu\ \sigma\omicron\upsilon$ : da lesen alle bessere Exemplare entweder  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$  anstatt  $\acute{\epsilon}\kappa$ ; oder sie lesen die vier letztern Wörtergen gar nicht. Und eins von beyden muß nothwendig seyn, wenn man nach dem Zusammenhange der Rede des Apostels urtheilen soll. Es ist zu verwundern, daß einige Exemplare diese Worte mit  $\acute{\epsilon}\kappa$  setzen können. Wolte man sagen, es würden hier böse Werke verstanden; so wäre das auch nichts. Denn es sind nicht allezeit offenfähbare böse Werke da, wo kein wahrer Glaube ist. Wir haben also den besten Exemplaren zur Folge, gelesen  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$  anstatt  $\acute{\epsilon}\kappa$ . Siehe des hochverdienten württembergischen Probstes, Hr. Bengels apparatus criticum ad nouum testamentum. Und indem  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$  gelesen wird, so wird auch das  $\sigma\omicron\upsilon$  weggelassen: daß es im Text, den bessern sehr vielen Exemplaren gemäs, heißet  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma\ \tau\omega\acute{\nu}\ \acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu$ , ohne Werke. Eodem excitato auctore intelligi saltem potuisset, non solum codicem, in quo quatuor postremae voces omittuntur, nullum omnino dari, verum etiam numerum codicum, qui  $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$  exhibent, redire ad sex tantum, illorum vero, qui  $\sigma\omicron\upsilon$  abiiciunt, ad tres; atque ex prioribus quatuor ad secundi ordinis codices pertinere, ex posterioribus vero duos. Neque excusatius receptae lectionis interpretatio in transuersum abripitur violenterque detorquetur, vt veridissimilis et absurda appareat. Tantum igitur abest, vt lectionem receptam miremur et indignemur, vt potius secus sentientium non tam opinionem, quam confidentiam et feueritatem aegre grauiterque feramus. In his agmen duxit pertinacissimus alias receptarum lectionum defensor DAN. WHITBY, qui licet in *examine var. lect.* MILLII hunc locum plane praetereat, in commentario tamen seu annotat. ad paraphr.



C. 2, 18. paraphr. n. test. tom. 2 p. 654 haec habet „but it is further to be observed, „that ἐν τῶν ἔργων σου is left out in *Oecumenius*, and in one *greek* copy; „and 2dly, that the *Alexandrian* Ms. and those perused by *Curcellaeus* „read χωρὶς τῶν ἔργων σου, *Without thy works*. So did the *Vulgar*, the „*Syriak*, and the *Aethiopic* versions; and so the following words v. 20 „know, o vain man, that saith χωρὶς ἔργων *Without works, is dead*, seem „to require; and this reading our translation follows. „ Cui assentitur cel. IO. DAV. MICHAELIS in accessionibus ad BENSONII paraphr. p. 114. vbi post allegationem WHITBII haec adiiciuntur: „Accedit, quod connexioni „sermonis illud ἐν πίστεως satis sit ineptum. Concesserat apostolus aduer- „sario suo, vt fidem se solam habere iactaret; quomodo ergo ab eodem „exigere poterat, vt fidem ex operibus demonstraret? Nobis videtur ἐκ, „quod vulgares habent codices, ex sequente commate ab incauto scriba „translatum. „ Errore calami verba ἐκ πίστεως loco ἐκ τῶν ἔργων σου hic posita esse videntur. Non iam disputabimus internam verisimilitudinem sensus alterutrius lectionis maiorem minoremue. Neutri illam deesse interpretationis nostrae p. 116 etc. declaratum iuimus. Quae tamen si vel maxime praeualeret a partibus lectionis χωρὶς, externam certe probabilitatem magnopere infirmaret, atque non solum versionibus multum ponderis detraheret, verum etiam ipsam commutationem vocis χωρὶς eum ἐκ librorum vel errore vel studio factam improbabiliorem redderet, quibus rarius accidere potuit, vt difficilius et impeditioris interpretationis lectionem alii facilius et verisimiliori praeferrent. Quam ob rem vel ampliandum esse, vel pro lectione recepta pronuntiandum arbitramur, plus quam viginti codicum suffragiis confirmata. Tres reliquae varietates earundem vocum sola excitatione testium, quorum auctoritate nituntur, causa cadent. Commutatio vocis ἐκ cum ἐκτός in solis *velostianis* lectionibus deprehenditur, in aliis codicibus occurrere, quod ESTIVS affirmauerat, MILLIVS negavit: ipsa vero ad veridissimillimas pertinet, quum et significatiui vocis non conueniat, et scribae vitio ex vocibus ἐκ τῶν facile enasci potuerit. Omissio quatuor illarum vocum a cel. BENGELIO non codici *veronensi*, quem GAGNAEVS appellat, sed soli OECUMENIO recte imputatur, *Veronae* pridem cum ARETHA edito. Postremam vocem σου omittunt *alex. barber. 1. colbert. 7 lat. et syr.* eadem commodioris interpretationis opinione, quam supra commemorauimus. Commatis proxime sequentis tres variationes MILLIVS ita recitat „ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν „πίσιν μου] τὰ ἔργα μου ἐκ τῆς πίστεως μου *Cor. 4. Genev.* omnino perperam. *Χωρὶς τῶν ἔργων* etc. al. Deest μου post ἔργων in *Vulg. Colb. 7.* Sed alii hi codices in editione *selliana* et apud MASTRICHIVM rectius CVRCELLAEO tribuuntur.



## §. XXVIII.

Quae a MILLIO et vener. BENDELIO ad v. 19 memoratur varietas in primo commate vel cum vel sine signo interrogationis posito, ad lectionis variationes referri nequit. Prioris verba haec sunt „ἐῖς ἐστὶ ἐῖς” „ἐστὶ; cum nota interrogationis, B. 2., posterioris vero, „; ] interrogationem sustulit Beza, quae certe partem textus non efficit. Quae a clar. DAMMIO l. c. p. 93 scribuntur: „Hinter dem ἐῖς ἐστὶ steht in allen guten Exemplaren ein Frage- Zeichen, et ambigua sunt et a vero aberrant. Abest interrogationis nota ab editione *felliana*, *milliana*, *mastrichiana* atque plerisque recentioribus, quae BEZAM sequi solent. Codicum vero manusccriptorum quo quis antiquior est, eo magis certiusque huiusmodi signis destituitur. Ex tribus varietatibus MILLII v. 20 a cel. BENDELIO v. 20. una duntaxat proponitur, quae apud illum ita se habet „νεκρὰ] ἀεὶν” „Cov. 4. Genev.,” apud hunc vero „νεκρὰ] edd. mss. Armen. Copt. [ἀεὶν] „Lat. in codd. plerisque, Cov. 4. Gen. qui duo codices latinizant, in catholicis maxime epistolis. confer var. Rom. 8, 22. 1 Pet. 2, 6. 3, 15. 4, 1. „Iud. v. 9 et MILL. ad Iac. 2, 5. 8.” Quae, ut recte disputantur, ita non sufficere videntur ad recensitionem huius variationis inter memorabiliores ibidem p. 324 factam. Duo reliqua evidentiora menda sunt „ὦ] omittit „Cov. 3. ἐστὶν] καὶ εἰς αὐτὴν addit Aethiop. ex v. 17.” Ad v. 21 ibidem in- v. 21. signe mendam narratur „Ἰουδαί] deest in Lin. sed ad oram libri posuit „recentior calamus.” Neque praestabiles sunt duae varietates proxime a solo MILLIO productae v. 22 „συνήγει] συνεγεί Alex. et v. 23 ἐπίτευ- „σε δὲ] δὲ non reddunt Vulg. Syr. Arab. Aethiop.”

## §. XXVIII.

Prima vox v. 24 dupliciter variat, manifesto et scribae et interpre- v. 24. tis errore: quum alexandrinus codex ἀεῖτε commutet cum ἐρεῖται, quod collectio *felliana* et ex illa *MASTRICHIVS* memorat, MILLIUS vero praetermittit, atque *Syrus* et *latinus* interpretes ἀεῖς exprimat. Alterius vocis τοῦτον omisio maioris auctoritatis est testimonium *Alex. N. 1. Barb. 2. Vulg. Copt. Syr.* fultae, non tamen tantae, ut lectio per codices firmior lectione textus dici mereatur, quod BENDELIO visum est p. 324, quum versiones in particularum connectendi interpretatione liberius facta frequentius a textu aberrant, quam in aliarum vocum translatione, tres vero codices ad sollicitandam receptam lectionem eamque verisimillimam nihil omnino valeant. Quae WHITBY commentatur exam. var. lect. *Mill.* lib. 2 c. 3 sect. 14 p. 77 „Vulg. et Syr. vides, omittentes τοῦτον, et mutantes „numerum verbi: cum textu legunt *Oecumenius* et *Arab.* Et conclusio ab exemplo *Abrahami* ducta postulare videtur τοῦτον, igitur etc.” recte quidem se



C. 2, 25 habent et vera sunt, rem tamen non conficiunt. Vtraque varietas v. 25 a MILLIO sic proposita „ἀγγέλους] ἀγγέλους τοῦ Ἰσραήλ *Lin. N. 2. κα-  
 „τασκοπούς Steph. ια Col. Syr. Arab. Aethiop. Copt.* quomodo habetur in  
 „Epist. ad Hebraeos c. II v. 31., glossematis et paraphraseos indubiam  
 v. 26. fidem facit. Omissio vero vocis γὰρ v. 26, in versione *syriaca et aethio-  
 pica* facta mendum aperte prodit.

## §. XXX.

C. 3, 1, 2. In capitis tertii v. 1 et 2 a vener. BENGELIO nullae, a MASTRICHIO duae tantum, a MILLIO vero quatuor variationes commemorantur. Omissio vocis μου sphalma codicis *genevensis* est. Commutationem vocis ληφόμεθα cum λαμβάνετε MASTRICHIVS *velesianis* lectionibus tantum tribuit; MILLIVS addit *coptum* interpretem et *latinum*, qui *sumitis* habet, novamque variationem apud *Facundum* lib. 10 c. 2, ubi *sumunt* legitur. Quae varietates receptam lectionem non magis sollicitabunt, quam vel vox *δυνάμενος* loco *δυνατὸς* posita, etiamsi codicibus *R. 3* et *P. 1* a MASTRICHIO productis, praeeunte MILLIO, adiciantur *Magd. 1* et *All. editio*, vel omissio vocis καὶ in cod. *N. 1* et *Lin.*

## §. XXXI.

v. 3. Diribendorum suffragiorum ad primae vocis v. 3 varietates negotium impeditius reddunt interpretum et criticorum dissensiones. Receptam plerarumque editionum atque recentiorum ad vnum omnium lectionem ἰδοῦ editor n. test. *graecoanglicani* p. 867 commutavit cum εἶδε; immemor tamen huius lectionis in textu collocatae p. 876 ἰδοῦ producit, ut textus lectionem ad commemorandas illius variationes: vener. BENGELIVS autem cum ἰδε. Prior auctoritatem sequitur codicum trium *alexandrini, petauiani 3* et *lincolniensis*, quibus, si circumspectior fuisset, quartum addere potuisset ex MILLIO *colbertinum 7*; posterior praeter editionem *complutensem* novem codices lectionis a se receptae auctores producit *Aug. 6. Cov. 3. Hunt. 1. Laud. 2. L. Pet. 1. Steph. e. ζ. 1.* Quod tamen, licet sensum non mutet, perperam fieri videtur: quum eadem vox septies a IACOBO adhibita v. 4. 5. c. 5, 4. 7. 9. II, vnanimi codicum consensu ἰδοῦ scribatur, quorum et hoc loco numerus praeualet, quamquam MASTRICHIVS lectores fallit, dum vnico codici vtramque lectionis variationem imputat, canonis sui *neni* sententia condemnandam. Neque contrarium efficiunt, quae a vener. BENGELIO *gnomonis* p. 992 proponuntur de discrimine vocum ἰδε et ἰδοῦ magis patheticae, atque de vtriusque vocis vsu apud eundem scriptorem in eodem sermone: quum illud confirmatione indigeat, hoc vero ab argumento nostro nimium dissideat. Longius



gius a vero recedunt, qui *εὶ δὲ* legendum esse arbitrantur, cuius variatio- C.3, 3.  
 nis MILLIUS hos auctores excitat „*εὶ δὲ* (corruptam ex *εἶδε*) *Steph. d. ix.*  
 „*ry. Magd. i. Cov. 2. N. i. B. 2. Lu. Copt. Oecumen.* etiam cod. antiquissi-  
 „mus ille, quo usus est *vulgatus* interpres. *Latinum vero si autem* (*εὶ δὲ*  
 „*Vel.*) factum in Mss. codd. lat. al. *sicut autem*, teste *Beda*. Illud *εἶδε* le-  
 „gebant tanquam esset *ἦδη Syr. Aethiop.* Quibus testibus vener. BENGELIUS  
 addidit codicem *vffenbachianum* atque *Euthalium*, sine discrimine  
 tamen utriusque lectionis *εἶδε* et *εὶ δὲ* testimonia commiscenda esse puta-  
 uit. Licet MILLIUS recte omnino sentiat, neque a WHITBIO noua  
 argumenta ad confirmandam, aut confutandam ipsius sententiam proferan-  
 tur, haec tamen l. c. p. 77 ad var. lect. ipsius discussionem disputantur:  
 „*ἰδοῦ*] v. l. *Oecumenius* et *Vulg. εὶ δὲ si autem*, cod. mss. quidam *ἰδε*. *Syr.*  
 „autem *ecce*, et *ἰδοῦ* subsequens, v. 4. 5 lectionem textus adstruit. Ean-  
 dem sententiam defendit receptamque lectionem bene tuetur IO. CHRIS-  
 TOPH. WOLFIUS cur. philol. p. 44. Cui celeb. IO. DAV. MICHAELIS  
 in accessionibus ad BENSONII paraphr. p. 128 etc. haec opposuit: „*Lati-*  
 „*nius* interpres et vetus, et castigator eius, non, ut nostri codices habent,  
 „*ἰδοῦ* vel *ἰδε* legit, sed *εὶ δὲ si vero*, quam lectionem *arabica* etiam versio  
 „et *coptica* expressit. Nec pauci eandem codices manuscripti confirmant,  
 „recensente venerabili BENGELIO, *Alexandrinus, Colb. 7. Lu. Pet. 3*  
 „*Steph. d. ix. ry. Vffenb. et tres alii*. Vnde miramur, B. WOLFIVM  
 „amore receptae scriptionis, voces, cuius idonei testes dari possunt, pror-  
 „sus damnare: *quod vero quidam* (sic Vir eruditissimus) *habent, εὶ δὲ,*  
 „*idem ad seriem sermonis prorsus non quadrat, neque enim ἀπόδοσις σε-*  
 „*quitur*. Atqui apodosi extremo commate absolui potest, *καὶ ὅλον τὸ*  
 „*σῶμα αὐτῶν μετέργωμεν*, modo *καὶ* facias particulam *ἀποδοτικὴν* ver-  
 „tasque: *tum totum illorum corpus circumagimus*. Quam explicationem  
 „iam olim GAGNAEVS vidit. Non negamus constructionem hanc paul-  
 „lo impeditiorem nec omnibus lectoribus intellectu facilem esse. Cum  
 „vero criticorum illam legem maximi faciamus, quam bene et prudenter  
 „statuit venerabilis BENGELIUS in *introductione in crisi N. T. §. XXXI*  
 „pag. 384, *ubi altera (lectio) magis, altera minus facilis est: ea, quae quid-*  
 „*dam priscum, graue, breue habet, praepositur: ea, quae maiore perspicui-*  
 „*tate et plenitudine blanditur, tanquam consilio introducta, plerumque post-*  
 „*ponitur: lectionem εὶ δὲ, quam non omnes scribae intelligebant, eam-*  
 „*que facile temeraria correctione in ἰδε, ac deinceps in ἰδοῦ mutabant,*  
 „*genuinam agnoscimus.* Cui sententiae ut assentiamur, haec potissi-  
 „num impediunt. *Primum* tot testes, quot hic excitantur, illam lectio-  
 nem non confirmant, quorum numero quatuor saltem subtrahi debent,



XXVIII EXAMEN VARIANTIVM LECTIIONVM

C.3, 3. qui sensu plane diuerso vnicam vocem *sīde* exhibent, in quibus *alexandrinus* est; quem si vener. BENGELIVS cum *latino* interprete consentientem aliisque codicibus stipatum deprehendisset, sine dubio illam lectionem vel per codices firmiorem lectione textus pronuntiaturus, vel inter memorabiles saltem atque non plane improbables collocaturus fuisset, vbi tamen p. 324 penitus exfulat. Deinde canon ille criticus venerabilis BENGELII, ex ipsiusmet sententia, adhibendus non est, priusquam et testium vtriusque lectionis rationes rite subductae fuerunt et parallelismi ratio habita: atque ne tunc quidem in vniuersum valet, sed ex illarum obseruationum numero est, quae, vt caute adiicitur, *plerumque* locum habent. Circumspectiores tamen nonnullis videbuntur canones in prolegomenis *Wotstenianis* 1730 in 4 editis, cap. 16 p. 179 etc. ita expressi. „VII. „Inter duas variantes lectiones, si quae est *εὐφωρότερος* aut plenior aut „graecantior, alteri non protinus praeferenda est, sed contra saepius. „VIII. Lectio exhibens locutionem minus vsitatam, sed alioqui subiectae „materiae conuenientem, praeferenda est alteri, quae, cum aequae conueniens sit, tamen phrasin habet minus insolentem, vsuque magis „tritam, eaque confidentius, si ne commode quidem respondeat altera „rei subiectae locutio. IX. Inter duas variantes lectiones non protinus „amplior atque prolixior breuiori est praeferenda, sed contra potius. „XI. Lectio cum stylo cuiusque scriptoris maxime omnium consentiens, „caeteris paribus praeferenda est.„ Ipsa praeterea regulae *bengelianae* sententia opportune hic inuerti potest ad impugnandam potius quam corroborandam lectionem *latini* interpretis, qui vocibus ineuntis versus *quinti*, quibus apodoseos initium significari existimauit, abripi se passus est ad accommodandam huic apodosi aliquam protasin praegressam, quam a v. 3 exorsus est. Habet igitur recepta lectio exclamationis patheticae et allocutionis aphoristicae, *quiddam priscum, graue, breue*, prae copulatione longioris protaseos v. 3. 4 cum v. 5, vt particulis ibidem obuiis maior perspicuitas et plenitudo concilietur. Vt denique inter utramque sententiam prorsus damnandi lectionem a recepta diuersam et agnoscendi eandem pro genuina longior distantia bene multorum graduum maioris minorisue probabilitatis interiacet: ita certe errare potuisset WOLFIVS in ratione opinionis suae, sine errore in ipsa sententia aliunde confirmanda; cuius saltem amor receptae lectionis culpari nequit, qui in noui testamenti lectionibus disquirendis ad officium boni critici pertinet, atque reprehensioni tunc demum obnoxius fit, si caecus euadit, atque rationibus etiamsi praeualeant, pertinaciter refragatur. Quod in hac causa locum non habet, vbi, si vel maxime ab interna verisimilitudine dis-

cesseri-



cefferimus, pauciores codices atque illi plerique latinizantes, inferioris sal- C. 3, 3-  
tem ordinis, *latini* interpretis auctoritate pluribus et praestantioribus codi-  
cibus interpretis *Syri* suffragio confirmatis non praeferruntur. Duae reli-  
quae varietates a MILLIO commemoratae „τὰ ζόματα] τὸ ζόμα *Alex.*  
„*Lin. Cov. 2. αὐτῶν]* omittit *Hunt. 2.*, nec est in *Barb. 2.*, aut *Erasmi* edit.  
„duabus prioribus,, parum ponderis habent, vt improbabilium numero  
eximi nequeant.

## §. XXXII.

Neque maioris fieri possunt ab eodem solo recensitae variationes v. 4  
v. 4, quae ad manifesta menda pertinent, atque ita se habent „ιδου] εἶδε  
„*Cant. 2. ἤδη Syr.* vt videtur. *Τηλικαῦτα]* τηνικαῦτα *Cov. 2.* „ Aliquan-  
tum speciosiores sunt v. 5 varietates ibidem sic propositae „ούτω] v. 5.  
„*Copt. ὡσαύτως Alex. μικρὸν]* quidem addit *Vulg.* Redundat et officit sensui  
„inquit *Erasmus. ὀλίγον]* ἥλικον *Alex. Barber. 1. Vel. Col. Vulg. ὀλίγον* expli-  
„catio est. Vide etiam *Proleg. §. 1356.* „ vbi p. 146 eadem opinio defendit-  
tur. Vener. BENGELIVS harum lectionum inter probabiles p. 324 ne  
mentionem quidem facit, etiamsi *alexandrinus* codex, neque is solus plane  
cum *vulgata* versione conspiret: atque p. 730 haec habet „ὀλίγον] edd.  
„*msl. Hieron. in Ies. c. 66. Cassiod. etc. ἥλικον Colin. ed. Alex. Oecum. Barb. 1*  
„*Lat.* Ex alliteratione ad ἥλικην. „ Fortius tuetur receptam lectionem  
WHITBIVS aequae ac celeb. IO. DAV. MICHAELIS. Prioris verba haec  
sunt l. c. p. 77 „ὀλίγον πῦρ] v. l. *Alex. Vulg. Oecum. ἥλικον πῖρ.* Sed  
„versiones orientales omnes textum sequuntur, et similitudo ducta a na-  
„ue, quae circumfertur ὑπὸ ἐλαχίστου πεδάλιου et μικρὸν μέλος, quod  
„hic de lingua dicitur, et *hebraicum* adagium a *Ben Syra* ad hunc modum  
„allatum, vt *paruus ignis magnum rogam conficit, ita mundum nihil aequae*  
„*vastat ac lingua,* lectionem textus firmare videntur. Vid. *Floril. hebr.*  
„voce *lingua* „ Posterior ita laudabiliter commentatur l. c. p. 130 „senten-  
„tiam ipsam a *Iacobo* prolatam eleganter illustrat, atque olim in prouer-  
„bio fuisse docet B. WOLFIVS in *Curis* ad h. l. Idem lectionem vulga-  
„rem ὀλίγον πῦρ iure contra illos defendit, qui ἥλικον πῖρ legi iubent,  
„*Alexandrini, Barberiniani ac Velestani* codicis, et versionis vulgatae au-  
„ctoritatem sequuti. Non habemus, quae grauiissimi viri argumentis ad-  
„damus, nisi auctoritatem vulgatae versionis hic vacillare, cum antiqua  
„*Vulgata* verterit, *pusillum ignis,* atque sine dubio legerit ὀλίγον: quin  
„et dubitari possit, an forte *quantus* in *vulgata* idem sit ac *quantillus.* „

## §. XXXIII.

Praecipua v. 6 varietas omissione vocis οὕτως absoluitur: quam ce- v. 6.  
leb. BENGELIVS p. 324 per codices firmiorem lectione textus pronuntia-  
uit,



C. 3. 6. uit, rationibus p. 730 ita subductis „ούτως] edd. etc. ex v. 5. omittunt *Al.* „*Barb.* 2. *Cov.* 4. *Lat.* *Isidorus Pelus.* „ In *gnomone* idem ulterius progreditur, atque p. 993 lectionem truncatam receptae maximopere praefert. Idem statuere videtur clar. DAMMIVS l. c. p. 97 „Doch ist bey diesem „Verse noch zu gedenken, daß viele Exemplare das Wort *ούτως* nicht „lesen. Alsdenn ist das Wort *γλώσσα* ein wiederholtes *Subiect*, von „welchem drey *Pradicate* folgen, *σπιλοῦσα*, *φλογίζουσα*, *φλογιζομένη* „*νη*. Die Gedanken bleiben im übrigen einerley. „ Verum haec multa exemplaria trium numerum non excedunt. Externae igitur probabilitatis ratione habita recepta lectio iure sollicitari nequit, interna vero conditio ita comparata est, vt, si considerentur, quae interpretationis nostrae p. 140 etc. et 143 disputauimus, omissio plane veri dissimillima appareat. Reliquae variationes huc redeunt. Prima vox *καί* omitti dicitur a CURELLAEO, qui solus ne vnus quidem testis fidem facit. Integrum comma primum *καί ἡ γλώσσα - - - ἀδικίας* CLERICO glossematis suspicionem facit. Quem cel. MICHAELIS ad BENSONIVM l. c. p. 131 ita confutat: „multo magis repudianda audacior CLERICI coniectura, qua „*καί ἡ - - - ἀδικίας*, pro scholio seu marginali habet, per errorem „in textum illato. Mirum quidem dictu et insolens, scholion in textum „ita irrepere, vt omnibus codicibus et versionibus eius imprimantur vestigia: festinantiusque et nimis licentiose factum, si verba optimum sensum fundentia, nullam rei auctoritatem adferens, damnes. „ De erroribus et versionis *arabicae* ab ERPENIO editae, reddendi κόσμον per ornatum conferendus est f. vener. MICHAELIS l. c. p. 80, et interpretis Syri post *ἀδικίας* inserentis *instar siluae* idem ibidem p. 82, atque BENSONIVS l. c. p. 131, et versionis *latinae* veteris, quae habet *ignis seculi iniquitatis* cel. MICHAELIS ad BENS. p. 131. Pro voce *τροχόν* poni *τρόχον*, *cursum*, ab HEINSIO memorat cel. BENGELIVS, quod a pluribus factum est, censum tamen variantium lectionum perperam ingreditur. De voce *ἡμῶν* post *γενέσεως* inserta et ipsa voce praegressa haec perhibet MILLIVS: „*ἡμῶν* addunt *Steph.* 1. *Cov.* 2. *Vulg. Syr. Arab. Aethiop.* explicationis causa, vt opinor. Habet certe *Lin.* in margine. Pro *γενέσεως* habent *γενένης* codd. aliqui teste *Oecumenio*. Quam lectionem sequitur anonymus „scholiastes apud ms. catenam in epistolas catholicas in *Collegio nouo*. Vide etiam *Prol.* §. 1044. „ vbi p. 102 postrema haec commutatio vocum vt absona conuellit, quam vener. BENGELIVS p. 730 ex *alliteratione*, vt loquitur, *ad finem versus* deriuat. Ipso MILLIO facilius est in approbando glossemate reuer. BENSONIVS, qui l. c. p. 131 etc. ita statuit „*γενέσεως* [*ἡμῶν*] ita legendum, praeeuntibus codicibus et versionibus antiquis. „Vide



„Vide MILLIVM. Comma vertendum: *et accendens rotam seu cursum vi-* C. 3, 6.  
*tae nostrae.* Quae si valeret ratio, vt vbiq; vnus alterue codex,  
 qui hoc loco duo tantum sunt, vel versiones quaedam antiquae mutatio-  
 nem lectionis praerent, secure aliter legendum esset, quam recepta lectio  
 codicum suffragiis confirmata requirit, valde veremur, ne breui insigniter  
 mutatus euadat textus librorum diuinitus scriptorum atque ab integritate  
 genuina admodum remotus. Ad ea, quae MILLIVS perhibuit „*καὶ*  
 „*φλογισομένη]* omittit *καὶ* *Vulg. καὶ φλογισομένη Syr.* „celeb. MICHAELIS  
 ad BENS. p. 133 legendus est, qui in postrema variatione commemoranda  
 errorem MILLII demonstrat, quae tamen, si vel certissima esset, lectio-  
 nis varietatem nemini probaret.

## §. XXXIII.

Omissio vocis *τε* post *ἐρπετῶν* v. 7, quam solus MILLIVS affert, v. 7.  
 sphalma codicis *alexandrini* est. Quae idem tam n. test. p. 548, quam pro-  
 leg. §. 498 p. 49 disputat de voce *ἐναλλίων* in versione *vulgata* reddita per  
*ceterorum* ad lectionem *ἄλλων*, quae in *velesianis* etiam occurrit, vel  
*ἐνάλλων*, et verbosiora sunt, vt transcribi nequeant, et indubie falsa:  
 longe saltem probabilior est vener. BENGELII sententia sic proposita  
 „*ἐναλλίων]* *ceterorum* et inde *ceterorum* habet *Lat.* syllaba *er* in cod. *ms.* com-  
 „pendiose notata. Cui assentitur cum cel. MICHAELIS ad BENS. p.  
 133 etc. tum s. vener. MICHAELIS l. c. p. 100. Voci *δαμάσαι* apponi  
 signum interrogationis MILLIVS ex *Oecumenio*, vener. BENGELIVS ex  
 codice *Aug.* 6 commemorat, qua mentione ad varietates lectionum non  
 referenda vterque supersedere potuisset. Posterior ad commutationem  
 vocis *ἀκατάσχετον* cum *ἀκατάστατον* *Al.* et *Steph. i.* tantum excitat, addi-  
 ta coniectura, *Ex v. 16.* MASTRICHIVS adiicit *Veles.* MILLIVS vero  
 praeterea *Copt.* et *Vulg.* Quod nouum documentum est conspirationis  
*alexandrini* codicis cum versione *vulgata* aliisque nonnullis codicibus in  
 aperto errore. Vox *θανατοφόρον* pro *θανατηφόρον* in quibusdam edi-  
 tionibus posita, *froben. ald. colin.* nullo codicum exemplo, iniquius a MIL-  
 LIO commemoratur, quum ad sphalmata typographorum, errores sal-  
 tem editorum, pertineat.

## §. XXXV.

Communitas erroris inter codices *alexandrinum* et *colbert.* 7 atque  
 versiones *syriacam* veteremque *vulgatam* seu *italam*, in commutanda voce  
*Θεὸν* v. 9 cum *Κύριον*, a ven. BENGELIO praetermittitur, licet memora- v. 9.  
 bilior sit bene multis ab ipso propositis varietatibus, ad infirmandam saltem  
 cautiusque circumscribendam auctoritatem consensionis veterum versio-  
 num



- C. 3, 9. num cum vno alteroue codice ipsoque *Alexandrino*, etiamsi non solus maneat. De qua variatione praeter MASTRICHIVM et MILLIVM cel. MICHAELIS ad BENS. p. 136 conferendus est. Reliqua ad eundem v. a MILLIO commemorata exempla mendis accensenda sunt „καὶ πατέρα] „deest δὲ in *Arab. Aethiop. γεγονότας] γεγεννημένους Alex. Colb. 7.*, vbi pro δὲ legendum est καὶ. Multo minus nota interrogationis, quae ab
- v. 10. *Occumenio* post vocem κατάρρα v. 10 collocari iubetur, variantem lectionem constituit, quibus annumeratur a MILLIO; qui solus etiam idque maiori iure insertam vocem ἀγοπητοὶ post ἀδελφοί μου in cod. *Laud. 2. Lin.* et ed. *complut.* apud *Curcellacium* memorat: mendumque vocis μήτοι v. 11 in codice *noui collegii* secundo pro μήτε posita.

## §. XXXVI.

v. 12.

De prima v. 12 variatione indubie erronea sententiam MILLII, quae ita se habet „ελαίαις] σαφυλαίς *Vel. Vnas Vulg.* ob id, quod sequitur „ἢ ἀμπελοσ σῦκα. *Graeca* omnia ελαίαις, quibus etiam suffragantur codd. „*lat. aliq. et Beda.*, suffragio suo confirmat s. vener. MICHAELIS l. c. p. 100. Altera varietas patentiore campum disquisitionis aperit: de qua MILLIVS sic pronuntiat „οὕτως οὐδεμία πηγὴ etc.] οὕτε ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδαρ *Alex. οὕτως οὐδὲ ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδαρ Colb. 7. Cou. 4. Genev. Vulg. Syr. Aethiop. Copt.* Lectionem hanc probant *Lucas Brug. Estius, Grotius.* alii. Vide etiam Proleg. §. 1208. Pro ἀλυκὸν „habent ἀλικὸν B. 2. N. 1. *Comp. Froben. Ald. Col.*, Idem excitato prolegomenorum loco suspicatur receptam lectionem ex praegresso versu 11 defumtam esse. Vterius progreditur editor n. test. *graeccoanglicani*, atque alteram ex commemoratis variationibus in textu collocat p. 868 hac addita versione, *no more can the sea yield water that is fresh*, h. e. *neque mare aquam dare potest, quas dulcis sit*, atque p. 876 testes *millianos* producit. Eandem sententiam amplectitur cel. MICHAELIS ad BENS. p. 139 his verbis usus: „*Lectio, quam Vulgata versio, et prisca et castigata, expressit, haec est: οὕτως οὐδὲ ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδαρ.* Accedunt versiones *syriaca, coptica*, et (minoris quidem habenda pretii) *Aethiopica*, ex codicibus vero quamvis non nimis multi, summae tamen aliqui auctoritatis, „vt *Alexandrinus* (qui legit οὕτε ἀλυκὸν etc.) *Colbertinus 7, Couellianus 4.* et *Genevensis.* Iure ergo LVCAM *Brugensem, ESTIVM, BEZAM, GROTIVM, MILLIVM* (proleg. §. 1208), fausta eruditum nomina, sequutus venerabilis *Albertus BENGEL*, illis lectionibus adiungit, *quae per cōdices firmitores sint lectiones textus, nec tamen plane certae.* Accedit, „quod communis lectio non solum ex v. 11 huc translata videri possit, cum „*librarii non caperent, quid esset οὐδὲ ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδαρ.* (diffi-

„cile



„ciles enim sententias in planas mutare solent scribae, unde plana lectio et  
 „flumine suo commendans plurimum repudianda), sed et tautologiam con- C. 3, 12.  
 „tineat haud facile excusandam. Tantis ergo antiquissimarum versionum et  
 „grauium codicum auctoritatibus fultam lectionem iure exosculamur.  
 „Post ἀλικὸν supplemus ὕδωρ; erit vero *salsa aqua* idem ac *fons falsus*.  
 „Sensus est: *nec fons falsus dulcem potest emittere aquam*. Vides, quomodo  
 „hoc apostoli dictum ab illo v. II differat? Supra dixerat: *non posse ex eodem*  
 „*fonte duplicem aquam scaturire*. Iam addit: *ex fonte falso aquam dulcem*  
 „*expectandam non esse*. Verum ut nullam hic recentiorum auctoritatem  
 „agnoscimus, atque ipsa haec nomina excitata, si ab vno alteroue discesserim-  
 „us, sublesta meritoque suspecta habemus, inprimis si de praeferenda  
 „*vulgata* versione lectioni controuersae textus *graeci* disquiritur: ita BE-  
 „ZAE circumspectionem et modestiam magnificimus, qui, postquam p. 419  
 „editionis n. test. anni 1559, multa disputauerat de interpretatione horum ver-  
 „borum, atque *vulgatam* versionem aequae mutandam esse coniecerat, ac  
 „*graecam* lectionem receptam, quod postea GROTIUS quoque visum est, sic  
 „tandem finit: „Nolui tamen in *graecis* contra codicum omnium fidem ex  
 „sola quantumuis probabili coniectura vel apicem mutare. Neque tamen  
 „tam probabilem esse hanc coniecturam, quam BEZAE visa fuit, neque  
 „admodum probabiliorem euasisse codicum post illius tempora collato-  
 „rum suffragatione, ad quam recentissimi opinatores potissimum prouo-  
 „cant, illico apparebit: si lectores breuiter monuerimus, in cognoscendis  
 „huiusmodi causis et maiorem semper habendam esse rationem externae  
 „probabilitatis, testium numero et conditione efficiendae, quam internae ve-  
 „riformilitudinis sensus; et in illius disquisitione codicum auctoritatem prae-  
 „ferendam esse versionum suffragiis, et in audiendis testibus perperam colli-  
 „gi et communem summam ingredi testimonia, quae discrepant neque inter  
 „se consentiunt. Ad has igitur leges si examen instituitur, indubium  
 „cuius fore putamus: 1) quatuor codices ne committendos quidem esse  
 „cum plus quam triginta codicibus, quorum institutam habemus collatio-  
 „nem, a quibus octies et supra vincuntur, si numerus ineatur: 2) ex his  
 „quatuor codicibus ab ipso vener. BENDELIO duos tantum ad primum  
 „ordinem referri, totidem ad alterum inferiorem; a clariss. WETSTENIO  
 „autem vnum prioris ordinis seu *couellianum* quartum, non sine ratione  
 „vna cum duobus reliquis ad quartum ordinem recentiorum codicum reiici,  
 „qui postremi praeterea admodum latinizant: 3) ipsum codicem *alexan-*  
 „*drinum*, qui ad primum omnino ordinem referendus et in praestantissi-  
 „mis codicibus habendus est, ut per omnem hanc epistolam, ita in hac  
 „potissimum sectione naeuis mendisque insigniter scaturere, quod §. XXXV



XXXIII EXAMEN VARIANTIVM LECTIONVM

C. 3, 12. satis comprobatur: 4) lectionem huius codicis non solum mirifice dissidere a trium reliquorum codicum lectione, verum etiam ipsammet non satis inter omnes constare, diuersam saltem adferri, cum in vtraque editione *oxoniensi*, et *selliana* et *gregoriana*, atque *mastrickiana*, quae οὐτε ἀλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ exhibent, tum in *milliana*, quae καὶ omittit: 5) neque versionibus inter se conuenire, *syriacam* saltem longe antiquissimam haec verba ita exhibere, *similiter neque aquae salsae possunt fieri dulces*, seu se facere dulces, vt legisse videatur nonnullis, οὕτως οὐδὲ ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, ipsamque *vulgatam* versionem BEZAE, GROTIQ. aliisque suspicionem facere mutationis recentioris: 6) neque maiorem esse internam probabilitatem lectionis a recepta diuersae, cum non solum ipsa inanis tautologiae suspicio et fuga aequae facile interpretes ad sensum variandum inducere potuerit, quam difficultas intelligentiae verborum lectionis priscae et genuinae visae; verum etiam interpretationes illorum, qui hanc lectionem sectantur, magnopere differant, singulae vero et difficultatibus nouis laborent, atque vna editoris n. test. *graecoanglicani* requirat ἀλυκὴ pro ἀλυκὸν, quam priorem vocem HESYCHIVS per θάλασσα mare explicuit, altera ellipsin nouam postulet, qua admissa eadem vox ὕδωρ in eodem commate diuersum significatum obtineat, vnumque metonymicum adeo inusitatum, vt nullis exemplis approbari possit; et improbabiliores sint ad finem inprimis scriptoris et contextum relatae ipsa repetitione seu tautologia, a cuius specie stilus scriptorum sacrorum atque ipsiusmet IACOBI non adeo abhorret, vt inexcusabilis dici posset, si vel certior esset, quam hic deprehenditur, vbi praeter alia magnopere conducit ad occupandam ipsam illam obiectionem a BENSONIO commemoratam ex rarioribus exemplis apud PLINIVM obuiis aquarum diuersarum ex eodem fonte vel diuersis temporibus vel duplici foramine featurientium, quae tamen diuersae manere oppositamque indolem retinere nequeant. Quod nonnulli in recepta lectione vocem οὐδεμία in duas distinguere malunt οὐδὲ μία, diuersam orthographiam sine vlla lectionis variatione constituit.

§. XXXVII.

v. 13. Frequentem varietatem in septem primis vocibus v. 13 obuiam breuius, quam cognitioni codicum necessariae conuenire videtur, exhibet vener. BENGELIVS „τῆς] Er. etc. Medium, vnde omitt. Lu. et al. εἴ τις „Compl. et al. τῆς ὁ Οὐρανὸς ἐν ὑμῖν] omitt. Laud. 2 Vien. vel etiam Steph. cod. „quispiam. „ Copiosior et fructuosior MILLII commemoratio ita se habet „τῆς σοφῶς etc.] εἴ τις σοφῶς καὶ ἐπισήμων, δεῖξάτω etc. Steph. „α. 1. omisio ex incuria ἐν ὑμῖν, quod in Steph. α. seu complutensi cod. „(nec



„(nec dubito quin et altero illo *Stephani* exemplari decimo) comparet. C. 3, 13.  
 „*Vien. Laud. 2.* Σοφὸς καὶ ἐπισήμων ἐν ὑμῶν δεῖξάτω *Baroc. Magd. 1.*  
 „*N. 1. 2. Lu. Syr. Arab.* Post δεῖξάτω addit μοι *Copt.* „ Ex variationibus v. 14 a MILLIO recensitis vener. BENGELIVS vnam retinuit, qua κατακαυχᾶσθε commutatur cum καυχᾶσθε, eamque p. 325 in tertio lectionum ordine collocavit, earum, quas aequales pronuntiat lectioni textus, interdum etiam tales, de quibus decisio tota lectori relinquatur; eiusque sententiae p. 730 hos auctores excitat, cod. *alexandr. aug. 6. baroc. colb. 3. N. 2* et *latinum* interpretem, qui tamen a MILLIO recte praeteritus perperam hic allegari videtur, quum κατακαυχᾶσθε aequae ac καυχᾶσθε - - κατὰ τῆς ἀληθείας aliter transferre non potuerit, quam nolite gloriari - - aduersus veritatem. Reliquae varietates ita se habent:  
 „εἰ δὲ] εἰ δὲ ἄρα *Alex. Colb. 7.* καὶ ἐπίδειαι ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν] καὶ ἐπίδειαι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ὅσι *Vel. τῇ καρδίᾳ] ταῖς καρδίαις Cov. 4.*  
 „*Genev. Vulg. Syr. Arab.* „ Vbi non solum *velesianarum* lectionum temeraria et inexcusabilis corruptio ad versionem *latinam*, verum etiam *conuuliani* et *geneuensis* codicis accommodatio, cuius in oculos incurrit.

## §. XXXVIII.

Additamentum particulae aetiologicae enim initio v. 15 adiectum in v. 15. versionibus *Vulg. Syr. Arab. Aethiop.* libertatem interpretum demonstrat, qua vel antiquissimi illorum nonnunquam abusi sunt, ad lucem sermoni scriptorum sacrorum affundendam. Quod faciliorem tamen excusationem habet, quam librariorum temeritas illustrandi emendandique textum ipsum, qua interpretibus nihil concedunt; cuique insertum καὶ post vocem ἐκεῖ v. 16 ad v. 16. apodosin clarius indicandam in codice *alexandrino, colbertino 7* et vers. *syr. iaca* debetur. Evidentius glossema paraphrasticum efficit accessio et *harelis* post vocem ἀκαταξασία ab interprete *aethiopico* inserta.

## §. XXXXVIII.

Ad v. 17 vener. BENGELIVS vnam duntaxat variationem commemorat, v. 17. omissionem vocis καὶ proxime ante ἀνοπόρευτος in codice *alexandrino* et *colbertino 7* atque versione *vulgata* factam. Reliquae apud MILLIVM hae sunt: „πρῶτον] deest in *Syr. ἔπειτα] ἔπειτα καὶ Laud. 2.* εὐπειθής] „τοῖς ἀγαθοῖς συνευδοκοῦσα *Vel. Bonis consentiens* addit *Vulg.* „ Ex quo fonte ipsa corruptio *velesiana* manavit, vt recte statuit vener. MICHAELIS l. c. p. 104. Cum illis, quae MILLIVS copiose hic coniicit et disputat ad origines glossematis *latini* eruendas, conferri meretur cel. MICHAELIS ad BENS. p. 146. Postremae apud MILLIVM ita proferuntur „ἐλέους „καὶ] deest καὶ in *Comp. καρπῶν] ἐργῶν* addunt *Cov. 4. Genev.* ex glossema-



- C. 3. 17. „te. ἀδιάκριτος καὶ] non reddit *Aethiop.* verbis enim sine bacstatione „reddit (inepte satis) ἀνυπόκριτον, ut apparet ex versione ista, *1 Pet. 1.* „22 et *2. 1.* „ Quorum nihil omnino mendorum numero eximi aut ad receptam lectionem sollicitandam adhiberi potest. Neque alia ratio est  
v. 18 omissionis articuli τῆς v. 18, quae in codice tam *alexandrino* quam aliis plurimis deprehendi dicitur a MILLIO.

## §. XXXX.

- C. 4. 1. In capitis quarti v. 1 apud vener. BENGELIVM vacuo, memorabilis variatio codicis *alexandrini* varie commemoratur. In editionibus *oxoniensis selliana* et *gregoriana* atque *amstelodamensi mastrichiana* codex ille verba καὶ μάχα ἐν ὑμῖν commutare dicitur cum verbis ἐν ὑμῖν καὶ πρόσθεν μάχα: apud MILLIVM vero sine vocibus ἐν ὑμῖν transpositis καὶ πρόσθεν μάχα; cuius varietatis testes idem producit cod. N. 1. L. Ibidem adduntur „ὑμῖν] ἡμῖν N. 1. 2. ὑμῶν] omittit *Lin.* „

## §. XXXXI.

- v. 2. Maiorem probabilitatis speciem habent, quae v. 2 occurrunt exempla. Prima varietas a MILLIO ita proponitur: „Φοβέετε] Φοβῆτε *Occumen.* (sed in comment. Φοβέετε] Φοβῆτε malunt *Erasmus* aliique, ob id „quod sequitur v. 5 πρὸς Φόβον - - ἐν ὑμῖν. Et sic se habet textus in „*Erasmi* ed. 2da et *Col.* Sed codices nulli lectionem istam agnoscunt. „ Quae vener. BENGELIVS ita contrahit et corroborat: „Φοβῆτε *Er. ed. 2 ex* „coniectura. vid. eius annot. Ansam dedisse videtur *Occumenii* textus, „qui Φοβῆτε habet, ex rhythmo ἐπιθυμῆτε. „ Nihil tamen fecius multa proferuntur pro hac lectione *erasmiana* a reuer. BENSONIO l. c. p. 151 etc. hac addita conclusione: „si tamen lectionem omnino asperneris, quam nulli nec codices nec versiones iuuant, verbo acerbissimo „Φοβέετε mitior tribuenda sententia ... addere liceat, quosdam codices initium modo et finem huius versus habere: *concupiscitis, nec habetis; quia non petitis.* Vide MILLIVS. Quam lectionem si quis amplexus „fuerit, tricus ille nostrae explicationis non impedietur. „ Quae nemini fraudi erunt, qui secum reputauerit, non solum necessario alpernandam esse lectionem sola coniectura temeraria excogitatum, si vel maxime sensum veri simillimum sufficeret sensui impedito longeque difficiliore, quam verba receptae lectionis exhibere ex interpretationis nostrae p. 168 apparebit, qui nullis tricis indiget; verum etiam nullos codices a MILLIO produci, quorum auctoritate versus maxima parte vocum truncari possit, sed formula ipsi consueta, licet satis incommoda, omittit cod. al. apud *Cyrcellaeum* prouocari non ad alios aut aliquos codices, sed ad aliquem codicem; atque ne hoc quidem satis constare. CYRCELLAEVS enim ad  
defi-



designatas v. 2 voces tantum obseruat: *haec desiderantur*. Licet igitur C. 4, 2. dare velimus, nihil ex sola coniectura sine vlla auctoritate proferri a CVRCELLAEO, indubium tamen est, commemorari ab eodem ex editionibus aequae ac codicibus manuscriptis, quae a recepta lectione discedunt. LUTHERVM amplexum esse lectionem  $\Phi\theta\upsilon\epsilon\upsilon\tau\epsilon$  certo euinci nequit, quum vox in versione ipsius posita *ibr hasset*, aequae et melius significatum molliorem mitioremque vocis  $\Phi\theta\upsilon\epsilon\upsilon\tau\epsilon$  reddat, quam vocem  $\Phi\theta\upsilon\epsilon\upsilon\tau\epsilon$  exprimat. Neque vitio ipsi vertendum esset, si vel *erasmianam* vel *hagenoensem* editionem ad *frobenianam* et *aldinam* informatam secutus hanc lectionem approbasset: quod faciliorem excusationem habet, quam ERASMI SCHMIDII error, qui non solum in versione, sed in ipso textu exhibuit  $\Phi\theta\upsilon\epsilon\upsilon\tau\epsilon$ , licet non ignorauerit, ipsum DES. ERASMVVM in tertia editione anni 1522 reposuisse  $\Phi\theta\upsilon\epsilon\upsilon\tau\epsilon$  ex prima anni 1516, alteram vero lectionem occurrere in solis editionibus *erasmiana* secunda, *basileensi* anni 1540 et *Stephani* anni 1604, quibus *colinaeana* addi poterit. Alteram variationem vener. BENDELIVS ad memorabiles retulit p. 325, in quarto tamen ordine collocatam lectionum minus firmarum, cuius opinionis p. 730 hae rationes redduntur: „de] Steph. et al. edd. cum paucis msc. omitt. Er. „Al. Aug. 6. Bas. 2. Colb. 7. Lu. N. 2. Vff. κα] ante  $\omega\kappa$  alterum Comp. Genu. „Pet. 3. Steph. quinque apud Beza, et decem alii, Oecum. Arab. Lat. Syr. „ex initio versus. „ Quae cum MILLIO conueniunt, qui hos decem codices nominat, nihil tamen de paucitate codicum receptae lectionis memorat, quorum certe numerus a neutrius lectionis diuersae codicibus superatur, neque superari posset sine iactura praevalentis probabilitatis, vt alterutra, posterior saltem variatio, vel firmiter lectione textus per codices, vel certe aequalis eidem habenda esset. Tertia varietas a MILLIO producta, seu omisio vocis antepenultimae  $\mu\eta$  apud *Oecumenium* ad manifesta menda pertinet.

## §. XXXXII.

Ad v. 3 solus MILLIVS ignobile par varietatum commemorat his verbis: „ $\alpha\iota\tau\epsilon\tau\epsilon$ ]  $\alpha\iota\tau\epsilon\tau\epsilon$   $\delta\epsilon$  L.  $\kappa\alpha\kappa\omega\varsigma$ ]  $\kappa\alpha\kappa\alpha$  Iobius Monach. apud Photium Cod. 22. „ Longe memorabilior est prima v. 4 variatio, qua textus dupliciter truncatur vel verbis  $\mu\omicron\chi\omicron\iota$  κα] in codicibus alexandrino et colbertino 7, vel vocibus κα]  $\mu\omicron\chi\alpha\lambda\iota\delta\epsilon\varsigma$  in versionibus syr. vulg. copt. et aethiopica atque in lectionibus *velesianis*, quamuis neutra a vener. BENDELIO p. 325 inter notabiles recenseatur. MILLII iudicium improbandum omnino est, quod de posteriore omissione ita fertur: „quod sane adiectitium videri potest, inquit *Estius*. Nusquam enim muliebrem sexum „alloquitur Apostolus tota hac epistola. Vide etiam *Proleg.* §. 498. „



C. 4. 4. Vbi opinatio audacius proponitur his verbis: „et sic absque omni dubio „Apostolus. Lector quispiam plenius sententiam efferre volens, adscripsit ad oram libri καὶ μοιχαλίδες, quod irrepsit mox in corpus libri, in „aliquibus quidem codicibus in locum lectionis genuinae, in aliis autem, „vt in editionibus, appositum est genuinae. Superat hanc temeritatem praeuaricatio editoris n. test. *graccoanglicani*, qui p. 869 voces καὶ μοιχαλίδες ex textu reiicit, addita p. 876 ratione: „is not in the *Vulg.* lect. „nor in the *Vulgate, Syriac. Aethiopic, Coptic, Estius* and Dr. *Mills* think „it adventitious. Quae WHITBY ex var. lect. p. 78 causam receptae lectionis acturus scripsit „μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες ita *Occumenius*, c. *alex. Arab.* sed *Vulg.* et *Syr.* omittunt καὶ μοιχαλίδες et sic absque dubio *Apostolus*, *Mill.* p. 49 col. 2., vera sunt, sed rem non faciunt, sine codicum suffragatione nunquam dirimendam, qui sola versionum auctoritate ad vnum omnes corruptionis damnandi essent, si coniectura illa locum haberet, eo certe improbabilius, quo inusitatus est eiusmodi allocutio, vt nemini glossematis instar in mentem venire potuerit. Alteram varietatem a MILLIO propositam „ἐχθρα] ἐχθρα Steph. 1 *Vulg. Beda.* merito praetereundam duxit vener. BENGELIVS, quum lectionem non mutet. Tertia, omissione vocis οὖν absoluitur in codicibus *Laud. 2. Hunt. 1. Lin. Cov. 4. N. 1 Genev. B. 2 Lu. N. 2. Aug. 6. Vffenb.* et editionibus *Erasmi Aldique* atque apud *Occumenium*: quod voci proxime praegressae ἄν originem debere videtur, longe plurium tamen et meliorum codicum atque versionum auctoritate conuellit. Ad quartam variationem a MILLIO commemoratam „καθίσταται] ἐστὶν Cant. 2. *Syr. Aethiop.* conferendus est celeb. MICHAELIS ad BENS. p. 154, qui versionum, *Syriacae* inprimis, causam agit contra hanc infimulationem.

## §. XXXXIII.

- v. 5. Prima varietas in v. 5 a MILLIO allata „πρὸς Φρόνον] haec praecedentibus annectit *Occumen.* apposita interrogationis nota, diuersitatem interpretationis spectat, non lectionis. Altera „ἐπιποθεῖ] δὲ addit *Pet. 3.* mendum exhibet. Tertia „κατῶκησεν] κατοικεῖ *Vel.* corruptio est ad latinam versionem efficta, vt recte obseruat s. vener. MICHAELIS l. c. p. 101 etc. Quartam „ἐν ἡμῖν] vobis *Vulg. Aethiop.*, quibus a vener. BENGELIO additur *Henr. Stephani* edit. consensus, amplectitur celeb. MICHAELIS ad BENS. p. 156 etc. quod tamen vnanimis codicum in vniuersum omnium consensus non permittit, neque LUTHERI latinum interpretem secuti versione defenditur. Ad v. 6 MILLIVS recte tuetur lectionem receptam contra *Erasmi* et *Grotii* inexcusabilem coniecturam, reiiciendi verba διὰ λέγει - - - χάζειν commentitii glossematis instar, cuius temeritatis aucto-



res et testes, errore tamen ob ὁμοιοτέλευτον excusatiores, producit codicem *Hunt.* 1 B. 2 et cod. al. apud *CURCELLAEVM*, quem tamen ipse profitetur eundem esse cum editione *frobeniana*, atque *Oecumenium* in interpretatione; de quo tamen perquam opportune obseruat vener. *BEN- GELIVS*, editionem *veronensem* in textu carere his verbis, in codice vero *augustano* 6 eadem exstare in textu et comment. *Oecumenii*. Reliquae duae variationes a solo *MILLIO* exhibitae parum auctoritatis habent: „λέ- „γετ] Κύριος addunt *Cant. 2. Laud. 2. ὁ Θεός*] Κύριος *Laud. 2. Comp. Ald. „Seidel.* „

## §. XXXXIII.

Princeps v. 7 variatio, qua inserta voce δὲ post ἀντίστητε textus au- getur, a vener. *BEN- GELIO* p. 325 recte et praeclare in quinto ordine collocatur lectionum non probandarum, quamvis a nonnullis probatarum, licet in ea comprobanda non solum *alexandrinus* codex cum versione *vul- gata* conspiret, verum etiam amplissimus comitatus accedat tam codicum *Aug. 6. Bar. Coll. 7 Cov. 4 Laud. 2. N. 2. Pet. 3 et Vff.* quam versionis *ae- thiopicae*, ipsiusque *syriacae* ab illo praetermissae, a *MILLIO* vero exci- tatae, quae tamen aequae reddidisse videtur καὶ quam δὲ. Quod loco δὲ in codice *covelliano* 3 legitur οὖν, manifestum mendum est pariter ac com- mutatio vocis Θεῶ cum Κυρίῳ ibidem facta. Neque alia ratio est trium varietatum v. 9 a *MILLIO* commemoratarum: „καὶ πενθήσατε] καὶ εἶπε, „πενθήσατε *N. 2. καὶ κλαύσατε*] deest in *N. 1. Syr. Arab. κλαύσατε* „(absque καὶ) *Alex.* „

## §. XXXXV.

Ex quatuor varietatibus *millianis* v. 11 duae tantum a *MASTRICHIO* et totidem a vener. *BEN- GELIO*, non tamen eadem, proferuntur. Quae vna omnium apud singulos exstat commutatio vocis καὶ κρινῶν cum ἡ κρι- νῶν ab hoc immerito et contra leges, quas ipsemet constituit, ex numero memorabilium lectionum excluditur p. 325, quum ad consensum codicis *alexandrini* et *latini* interpretis accedant cum codices *Barb. 2. Cov. 2. Steph. 1. ια. ιγ.* tum versiones *syriacae* et *copt.* Quae auctoritates, quam- quam non sufficiunt ad illam lectionem receptae aequalem multo minus praestabiliorem efficiendam, quod reuer. *BENSONIO* visum fuisse p. 164 miramur; aliquem certe locum ei vindicare debebant inter memorabiles et improbabilibus eximendas. Altera apud *MILLIVM* et vener. *BEN- GELIVM* obuia, qua voci ἀδελφοὶ adicitur μου, nititur codice *alexandrino* et versione *syriaca* atque *arabica*, *latinaeque* codicibus quibusdam Tertia a *MILLIO* et *MASTRICHIO* exhibita, qua οὐκ εἶ commutatur cum εὐκέτι εἶ in codicibus *Steph. ζ. ι. N. 2. et Baroc.* glossema redolet, erro- rem



C. 4. II. rem certe prodit. Quarta a solo MILLIO producta „ὁ καταλαλῶν] „ὁ γὰρ καταλ. Pet. 1. Syr. Arab. „ duobus praegressis nihil concedit.  
§. XXXXVI.

v. 12. Longiorem discussionem requirunt variationes v. 12, quarum tres a vener. BENGELIO p. 325 inter notabiles memorantur, quarta in ipso textu collocatur. Prima, quae post vocem νομοθέτης inserit καὶ κριτής, ad quartum ordinem refertur lectionum minus firmarum. Qua in re nos quidem non habebit ipsi sententiae refragantes, cui potius subductis rationibus assentiri malumus, quam partibus editoris n. test. graecoanglicani et cel. MICHAELIS accedere, quorum prior voces controuersas p. 870 in textu ponendas esse putauit, posterior vero accessit ad BENS. p. 165 etc. causam illarum agendam suscepit: in regularum tamen et exemplorum consensione adeo dissentimus, ut ipsemet nobis a se discedere sibi que non per omnia constare, leges saltem a se constitutas infirmare videatur. Vtrumque ut euentius appareat lectoribusque approbetur, ordiemur a cognoscendis argumentis, quibus recepta lectio impugnatur. Quae huc redeunt, niti voces controuersas septendecim codicum auctoritate Alex. Aug. 6 Barb. 4. Colb. 7 Genev. L. Lu. Steph. d. ζ. 1. 10. N. 1. Lin. Pet. 1. Couel. 3. 4. Vel. atque ed. Col. suffragatione quatuor versionum Vulg. Syr. Copt. et Aeth. atque testimoniis Cyrill. Alexand. de R. fide. p. 57, Euthalii et Cassiodorii: sensum praeterea perficiisidem et longe conuenientius accommodari sermoni et praegresso et insequenti, quam verba cohaerere videantur, si illud par vocum praetermittitur; quum vnus legislator et iudex illis opponatur, qui fratres iudicant, atque verba, qui potest saluare et perdere, ad dignitatem officiumque iudicis magis quam legislatoris pertineant. Minus satisfieri his argumentis confutatione WHITBII, ingenue fateamur, quae l. c. p. 78 ita proponitur: „addunt καὶ κριτής Mss. quidam „Vulg. Syr. Cyr. Alex. etc. sed iuxta Esthium et Erasmus, illud non agnoscunt „graeca exemplaria, irrepsit e margine. Mill. p. 145. Non agnoscit Oecumenius. „ Erasmi saltem aliorumque negationes, de codicibus a se visis verissimae, asseuerationibus contrariis illorum, qui plures inspexerunt, opponi nequeunt. Rectius igitur consulturi causae nostrae haec obseruabimus. Primum, verisimilitudinem sensus neque tantam esse, quanta perhibetur a defensoribus vocum insertarum, ut praeferatur probabilitatis rationibus in WOLFFII curis phil. commemoratis, imprimis si canonis illius ratio habeatur, cuius supra §. XXXI mentionem fecimus; neque indigere hoc praesidio, quum duae postremae voces versus praegressi ad huius initium relatae idem longe feliciter efficiant, si legatur ἀλλὰ κριτής εἰς ἐξιν ὁ νομοθέτης κ. τ. λ. ut interpretationis nostrae p. 189 etc. signi-



significauimus; neque stabilire lectionem approbandam, si vel maxime C. 4, 12. concedatur, quum tantum detrahi soleat ponderis auctoritati testium et verisimilitudini externae, quantum accedere videtur probabiliori interpretationi, quae pleraque glossata peperit. Praeterea inter codices huius lectionis bene multos comparere et exiguae auctoritatis et magnopere latinizantes ad vulgatam versionem transformatos, vniuersos vero non aequare, multo minus superare vel numerum vel auctoritatem codicum receptae lectionis. Vt haec sufficere arbitramur ad improbandam ipsam lectionem; ita simul demonstrabunt, in superiori aliquo ordine collocandam illam fuisse, quam factum est a vener. BENGELIO, qui saltem hac opinione sua obseruationem septimam tractationis de sinceritate noui test. graeci tuenda p. 19 ita conceptam; *vbi reliquae codicum graecorum, patrum, metaphratarum copiae diuisae sunt, ea pars vincit, cui consensus Alex. Lat. palmam antiquitatis tribuit, maximopere debilitat planeque euertit.* Altera variatio eidem foli memorabilis visa, quae transpositione vocum ἀπολέσαι καὶ σωσαι pro σωσαι καὶ ἀπολέσαι absoluitur, p. 325 in ordinem superiorem tertium refertur, lectionum aequalium lectioni textus, interdum etiam talium, de quibus deciso tota lectori relinquatur; cuius sententiae p. 731 vnica vulgatae versionis auctoritas allegatur, addita suspicione ordinis vocum receptae lectionis ex Luc. 6, 9 desumpti. Quae rationes eo minus ad impetrandum assensum valere possunt, quo certius est, et parallelismum contrarium potius euincere ordinemque vocum, fundamento interno rei ipsius non destitutum, stabilire magis, quam infirmare aut suspectum reddere; et latinam versionem seu italicam veterem, quae habet saluare et perdere, praefendam esse vulgatae recentiori, quae legit, perdere et liberare, neutram vero tanti esse, vt sola lectionem receptam omnibusque tam codicibus quam versionibus reliquis confirmatam vel leuissime sollicitare, nedum aequare iure possit. Tertia varietas seu commutatio vocum ὁς κρινεις τὸν ἕτερον, cum verbis ὁ κρινων τὸν πλησιον, ibidem p. 325 altius ascendit atque in secundo ordine locum occupat, lectionum per codices firmiterum lectione textus; cuius iudicii rationes p. 731 hae redduntur. „ὁς - ἕτερον] codd. ex Rom. 2, 1 [ὁ κρινων τὸν πλησιον] Alex. „Barb. 2. Colb. 7. Cou. 2. 4. Genev. Pet. 1. Steph. δ. ia. Acth. Copt. Lat. Syr. „ὁ κρινων τὸν ἕτερον, Colin. ed. L., Quibus copiis valesianarum lectionum testimonio auctis MILLIUS se abripi non passus est ad approbandam lectionem, quam iure improbavit, licet in conicienda origine erroris ipsemet errauerit, suspicatus scripsisse aliquem ἑταῖρον pro ἕτερον, alium vero explicasse illam vocem in margine per πλησιον, vnde prolegom. §. 1244 multa syri interpretis loca commemorat, quibus ipsi legisse videtur



C.4,12. *ἔτερος* pro *ἕτερος*. Verum vt praeclare obseruauit s. reu. MICHAELIS L. c. p. 57 et 45 etc. male accusari tam versiones orientales, quam ipsam *latinam*, et perperam produci vt testes lectionis a recepta diuersae; quum *ἕτερον* alium pro genio linguae et consuetudine vsu confirmata reddiderint per *socium* vel proximum: ita longe probabilius est, codices alterius lectionis, qui denarium numerum non excedunt, vel ad versiones fuisse accommodatos, vel glossema vocis vsitatoris in libris diuinitus scriptis *πλησιον* praetulisse voci infrequentiori, quae hic tamen et conuenientior est sensui et longe efficacior ambitusque patentioris. Quarta varietas a reuer. BENDELIO in ipso textu collocata particulam *δὲ* inserit post vocem *σὺ*, cuius p. 731 hi testes et auctores excitantur: „*δὲ*] *Compl.* et al. ed. *Al. Aug. 6. Barb. 2. Colb. 7. Gen. Pet. 1. Sin. Steph. d. 10. Vff.* et nouem alii. „*Versiones.* Omitt. *Er.* cum paucis mscr. et *Oecum. e Rom. 14, 4.* Verum vt nobis in coniciendo falli, atque parallelismo remotius petito abuti videtur celeb. scriptor, quum aequali diuinatione origo vocis *δὲ* ex *Rom. 14, 10* deriuari posset: ita nondum conclamandum esse de recepta lectione arbitramur, quae non solum totidem, imo per ipsum censum *bengelianum* codicum collatorum vno plures codices, praeter *Oecumenium*, testes habet, verum etiam maiore verisimilitudine interna praeualet dupliciter; quum et sermo asyndetos sine diserta mentione particularum connectendi vsitator sit et efficacior in allocutionibus, interrogationibus, omnibusque loquendi modis patheticis, et longe probabilius librariis in mentem venire potuerit, vt particulam infererent, quam abiicerent, quae sensui conuenire videbatur, atque in qua supplenda interpretes habuerant praeuentes. Quintam variationem MASTRICHIVS aequae commemorat, ac MILLIVS, qua post *ἕτερον* adicitur *ὅτι οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἀλλ' ἐν Θεῷ τὰ διαθήματα ἀνθρώπων κατευθύνεται*, cuius indubii glossematis prior solum codicem N. I. testem excitat, posterior praeter hunc *Cov. 3* et *Hunt. I.* producit, qui pro *ἀνθρώπων* habet *ἀνθρώπου*, atque fontem additamenti ex *Prou. 20, 24* apud *Oecumenium* ad v. 15 obuui, alienoque loco inepte admodum inserti recte aperit.

## §. XXXXVII.

v. 13. In v. 13 ipsae editiones bifariam diuiduntur, vt nonnullae post vocem *σήμερον* legant *καὶ*, aliae plures *ἢ*. Priores sequitur post MILLIVM vener. BENDELIVS, quod culpandum non esset, dummodo melius sibi constaret tam in retinenda quam approbanda optione: *gnomonis* enim p. 997 alteram lectionem amplectitur atque huic praefert, *apparatus critici* autem p. 730 prioris lectionis nullos codices nominat, alterius vero praeter versionem *latinam, syriacam, acthiopicam*, codices *barberinianum, stepha-*



*Stephanianum* 4 et 10, quos ex MILLIO habet, qui *veles.* lectiones addit. C. 4, 13. Insignem tamen erroris suspicionem facit haec excitatio codicum, in vtraque *oxoniensi* tam *selliana* quam *gregoriana* et *mastrichiana* ad comprobandam alteram lectionem vocis  $\kappa\alpha\iota$  allegatorum, vbi reliquis codicibus collatis ipsique *alexandrino* lectio relinquatur vocis  $\eta$ , quam hi editores sectantur. Eadem fere diuersitas editionum in quatuor vocibus  $\pi\omicron\rho\rho\epsilon\nu\sigma\acute{o}\mu\epsilon\theta\alpha$ ,  $\pi\omicron\iota\eta\sigma\omicron\mu\epsilon\nu$ ,  $\epsilon\mu\pi\omicron\rho\rho\epsilon\nu\sigma\acute{o}\mu\epsilon\theta\alpha$  et  $\kappa\epsilon\rho\delta\eta\sigma\omicron\mu\epsilon\nu$  deprehenditur, quas nonnullae per  $\omega$  singulas exhibent, vt loco indicatiui modi coniunctiuus ponatur. Atque huius lectionis praeter *vffenbachianum alexandrinus* codex auctor excitatur, vbi tamen ipsa postrema vox  $\kappa\epsilon\rho\delta\eta\sigma\omicron\mu\epsilon\nu$  indicatiue legitur: alterius vsitatoris lectionis testes producuntur codices *Steph. 1. Cov. 3. Veles.* praeter versiones *vulg. syr. arab. et aeth.* Eidem suffragatur sensus maior verisimilitudo, quae efficaciorum certiorumque consilii et propositi significationem requirere videtur. Reliquae apud MILLIUM obuiaes varietates aperta menda sunt „ $\acute{\alpha}\gamma\epsilon$ ]  $\iota\delta\omicron\upsilon$  Vel.  $\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\tau$ ] deest in *Alex.  $\acute{\epsilon}\nu\alpha$ ] „omittunt N. 1 *Vulg.* „*

## §. XXXXVIII.

Potissima variatio v. 14 a MILLIO sic proponitur: „ $\acute{\epsilon}\zeta\iota\nu$ ]  $\acute{\epsilon}\zeta\alpha\iota$  *Alex. v. 14.* „*Baroc. Laud. 2. Hunt. 1. Lin. N. 1. 2. B. 2. Lu. Comp. Erasmi* edit. 2 priores, „*Col. Oecum. Seidel.  $\acute{\epsilon}\zeta\epsilon$  Cov. 2. Euthal.* Vide Prol. 982, „ Editor n. test. *graecoanglicani* easdem auctoritates repetit p. 876, omissa tamen commemoratione lectionis  $\acute{\epsilon}\zeta\epsilon$  ex codice *couelliano 2* et *Euthalio* allatae, quem perperam ad testes alterius lectionis refert: longe vero inexcusatus perhibet, MILLIUM lectionem  $\acute{\epsilon}\zeta\alpha\iota$  pro genuina habere. Eo enim prolegomenorum loco, qui iam citatus est, p. 94 copiose in eo elaborat, vt illam lectionem confutet tanquam improbabilem sermonique scriptoris repugnantem, ipsique lectionem  $\acute{\epsilon}\zeta\epsilon$  praeferat, quam veram pronuntiat, et ex qua per errorem  $\acute{\epsilon}\zeta\alpha\iota$ , ex hac vero lectionem  $\acute{\epsilon}\zeta\iota\nu$  efformatam fuisse hariolatur, qua opinione nihil facile excogitari potuisset incredibilius. Neque probanda est vener. BENGELII sententia, qui p. 325  $\acute{\epsilon}\zeta\alpha\iota$  ad lectiones refert, firmiores per codices lectione textus, licet testes *millianos* duobus tantum codicibus auxerit *Vff.* et altero, dubitanter tamen excitato his verbis, *vel etiam Genev.* atque duodecim codices contra consensum tam versionum omnium quam codicum longe plurium, ipsa verisimilitudine sensus maximopere confirmatum nihil omnino valeant ad sollicitandam receptam lectionem. Reliquae varietates leuiore ab eodem sic commemorantur: „ $\tau\eta\varsigma$ ]  $\tau\iota\varsigma$  *Vff.  $\acute{\upsilon}\mu\acute{\omega}\nu$ ]  $\acute{\eta}\mu\acute{\omega}\nu$  Cov. 3. Pet. 1. Syr.  $\gamma\acute{\alpha}\rho$ ] omitt. „*Al. Aeth. Lat.  $\delta\acute{\epsilon}$ ] Er.* Lectio media, vnde omitt. *N. 1. Pet. 1.  $\kappa\alpha\iota$  Al.* „et al.  $\delta\acute{\epsilon}$   $\kappa\alpha\iota$  *Comp. Vff.* et alii. „ In qua recensione miramur, maluisse illum*



XXXXIII EXAMEN VARIANTIVM LECTIONVM

C. 4, 14. illum codicis *uffenbachiani* indubium mendum afferre, quam memorabiliorem commutationem vocis τὸ cum τὰ ex MILLIO repetere, in codice *alexandrino*, *Steph. 2* et *Colb. 7* obuiam. In censu postremae variationis agendo MILLIVS *alexandrino* codici adiungit *Barb. 1* et *Laud. 2*, nominandos omnino, vt rectius cognoscantur codices, *complutensi* vero editioni, quae cod. al. apud *Curcellacum* efficit, apponit *N. 2. Gen. Colb. 7. Cov. 4.* et *Euthalium*, atque proleg. §. 957 coniiicit, glossema irreplisse ad *emphasin* augendam.

§. XXXXVIII.

v. 15. In v. 15 MILLIVS vnicam variationem exhibet his verbis: „ζήσω-  
μεν - - - ποιήσωμεν] - σομεν - - σομεν. *Steph. δ. Alex. Magd. 1. Cov. 3.*  
„*Genev. Vulg. Syr. Arab. Aethiop.*„ Quam vener. BENGELIVS sola excitatione cod. *Alex.* adiectaque formula et alii commemorat, atque *gnomonis* p. 998 existimat subiunctiuum sermoni modestiam aspergere: quod neutiquam inficiamus, ipsique sententiae improbandi hanc variationem lubenter accedimus, inter notabiles tamen commemorandam fuisse existimamus; quod secus euenisse eo magis miramur, quo probabiliorum consensionis *alexandrini* codicis aliorumque cum *latina* versione aliisque speciem prae se ferre videtur lectio a recepta discedens. Cuius causam agendam suscepit celeb. MICHAELIS in access. ad *BENS.* p. 170: licet et nouis testibus aut argumentis destituatur, et *vulgata* versio ex parte duntaxat excitanda fuisset, quae *vixerimus* saltem in coniunctiuo habet, et versiones in suffragium mittendae hic plane non videantur, quum, vt ipsemet appriue scienter obseruauit, *versionum hic minor ratio habenda sit, quia subiunctiuum optatiue acceptum a futuro indicatiui plurimis interpretibus distinguere per linguae suae egestatem non satis licet.* Quae versionum suffragia si demantur, praeter *alexandrinum* codicem nulla oppido nomina remanent grauis momenti ad stabiliendam lectionem controuersam. Alteram varietatem a MILLIO praeteritam vener. BENGELIVS commemorat, quae omissione vocis καὶ post ζήσωμεν absoluitur in *vers. latina* et vno exemplari apud *Bezam* obuia, atque a celeb. MICHAELIS l. c. recte confutatur ipsoque praesidio interpretis *latini* priuatur.

§. L.

v. 16. Ad v. 16 apud vener. BENGELIVM plane vacuum MILLIVS et MASTRICHIVS asserunt commutationem vocis καυχᾶσθε cum κατακαυχᾶσθε factam in codice *Steph. 1*, indubio scribae errore. Reliquae varietates a MILLIO recensitae „καυχῶνται *Syr. ὑμῶν*] αὐτῶν *Syr. πο-  
νηρὰ*] a malo. *Syr.*„ liberiores interpretationem redolent. *Prior-*  
*rem*



rem v. 17 variationem idem sic exhibet: „ποιεῖν] deest in *Cov. 4. Genev. C. 4. 17.*  
 „*Syr.* Non male, inquit *Grot.* „ Quod male omnino pronuntiauit. Ven.  
 BENGELIVS his testibus adiicit *Hieronymum.* Posteriolem MILLIVS  
 sic proponit „αὐτῶ] deest in *Cov. 3. Aethiop.* „

§. LI.

Quum ad finem properandum fit, brevioribus nobis esse licebit in C. 5,  
 diiudicandis capituli quinti varietatibus. Quas in versibus duobus primis v. 1. 2.  
 a vener. BENGELIO praeteritis MILLIVS ita commemorat: „κλαύσατε]  
 „κλαύσονται *Collb. 7. ἐπερχομέναις]* ὑμῶν addunt *Steph. d. 1a. Cov. 2. Col.*  
 „*Vulg. Syr. Arab. Aeth. Copt. σέσηπε]* σέσηπται *Pet. 3. Cov. 3.* Sequens καὶ  
 „deest in *Hunt. 1 B. 2 Froben. Ald. Col.* „ Ex quatuor v. 3 exemplis a MIL- v. 3.  
 LIO sic recensitis „ὑμῶν] deest in *Lin.* sed subscribitur alia manu ὑμῶν  
 „*Sin.* ὑμῶν ὡς πῦρ ἐθησαυρίσατε] ὑμῶν ὡς πῦρ ἐθησαυρίσατε *Steph.*  
 „*a. 1. Lin. N. 2. Cod. Gr.* quo usus est *Beza;* et *Syr.* (nisi quod haec ver-  
 „sio non habeat ὡς), *Oecum.* vt apparet ex commentario. ὑμῶν ὁ ἴος ὡς πῦρ  
 „ἐθησαυρίσατε *Alex.* ὑμῶν; ὡς πῦρ ὁ ἐθησαυρίσατε *Arab. Aethiop. ἐθησαυ-*  
 „*ρίσατε]* ἐθησαυρίσατε ὑμῶν ὀργὴν *Vel. Thesaurizastis vobis iram. Vulg. Ae-*  
 „*thiop. Beda Glossema ex Rom. 2, 5. ἐσχάταις ἡμέραις]* ἐσχάτω ἡμερῶν  
 „*Sin.* „ duo tantum a vener. BENGELIO referuntur „ὡς πῦρ.] ὡς πῦρ *Aug. 6*  
 „*Vff.* et alii. ἐθησαυρίσατε] ὁ praetermittit *Aeth. Arab. ὀργὴν* subiungunt  
 „*Oecumenii* textus et *lat.* aliqui, *Aeth.* ex *Rom. 2, 5.* „ Prius exemplum in-  
 „terpunctionis diuersitate absoluitur sine vlla textus variatione; posterius  
 liberae interpretationes, aut, si mauis, menda interpretum exhibet.  
 Reliqua ex MILLIO allata codicum cognitionem magis iuuant, atque in-  
 primis alexandrini sphalmata commonstrant. Multo minus sine confu-  
 tatione praetermittendus fuit editor n. test. *graeoanglicani*, qui inexcusa-  
 bili temeritate vocem ὁ in textu collocavit p. 871, nulla eius rei ratione  
 reddita aut defensione facta p. 876, vbi ne varietas quidem lectionis com-  
 memoratur ad securius fallendos lectores. Cui LEONH. TWELLS in *cri-*  
*tical examination of the late new Text and Version of the new test.* part. I  
 p. 43, merito opponit tam praevalentem auctoritatem codicum et versio-  
 num, quibuscum aethiopica et arabica committi nequit, cuius loco *coptus*  
 interpretes ex errore, vt videtur, memoratur; quam glossematis et addita-  
 menti explicatorii suspicionem longe verisimillimam.

§. LII.

Prima v. 4 variatio αὐφ' commutat cum ὑφ' in codice *Genev.* cui a MIL- v. 4.  
 LIO allegato vener. BENGELIVS addit ed. *complut.* Alteram ex editio-  
 ne *felliana* commemorat MASTRICHIVS, quae in omissione vocum

MILLIVS et  
 cum uarietate  
 Reliquae va-  
 rietates *Syr.* prae-  
 uolent. Prio-  
 rum



XXXXVI EXAMEN VARIANTIVM LECTIIONVM

C. 5, 4. ὁ ἀπεπερημένος ἀφ' ὑμῶν consistit, a scriba codicis *rom.* seu *barber.* 3 facta. Tertiam, qua voces αἱ βοῶν τῶν θερισάντων commutantur cum ἡ βοή αὐτῶν, *velesianis* lectionibus tribuit MILLIVS, quibus addi debuisset versio *vulgata*, quam illae lectiones sequuntur. Quartam efficit mendum codicis *alexandrini*, qui εἰσελήλυθεν habet pro εἰσεληλύθασιν. Ex quinque varietatibus v. 5 a MILLIO propositis, vener. BENDELIVS vnam duntaxat commemorat, omissionem vocis ὡς in cod. *Alex.* et al. obuiam, quae tamen, quum praeter *barb.* 1 et *colbert.* 7 consensu *vulgatae* versionis confirmetur, inter notabiles adduci debuisset p. 326. Neque reliquarum mentione supersedendum fuisset, imprimis vbi confutandum habuit MILLIVM, qui proleg. §. 1217 p. 125 vnus interpretis *aethiopicis* auctoritate admodum temerarie existimat, voces ὡς ἐν ἡμέραι σφαγῆς commentarii speciem prae se ferre, non textus: cui haec opponuntur a WHITBIO l. c. p. 78 „desunt haec *Aethiop.* Agnoscunt *Occumenius, C. Alex. Vulg. Syr. Arab.*„ quibus vnanimis codicum in vniuersum omnium consensu addenda est, quam commutatio vocis ἡμέραι cum ἡμέραις in codice *alexandrino* per errorem facta non infirmat. Ad varietatem a MILLIO sic propositam „ταὶς καρδίας] ταὶς σάρκας *Barb.* 1. *Euthal.* vide proleg. §. 957. „*Corpora Syr.*„ conferri merentur, quae obseruauit celeb. MICHAELIS in accessu ad BENS. p. 180 etc. Omissio vocis καὶ in codice *alexandrino*, et mutatio vocis ἐσπαταλήσατε in ἐξεσπαταλήσατε in cod. *couell.* 3 ad menda indubia pertinent.

§. LIII.

v. 6. In v. 6 a vener. BENDELIO in ipso appar. crit. plane praeterito bene multa occurrunt commemoratione vindiciisque dignissima. Originem primae varietatis a MILLIO adductae „κατεδικάσατε] ἠγάγετε *Veles.*„ egregie expiscatur s. reuer. MICHAELIS l. c. p. 100 his verbis „κατεδικάσατε, *Vulg.* impress. *addixistis*, id est, *condemnastis*, recte omnino, „sed *Msc. Hal.* librarii siue oscitatione siue ignorantia *adduxistis*, vnde „*Vel.* ἠγάγετε.„ Omissio vocis ἐφρονεύσατε in cod. *lincoln.* haud certius mendum est, quam adiectio vocis καὶ ante οὐκ in versione *latina*, quae tamen interpretamento debetur. Eodem consilio expeditiorem reddendi sensum ἀντιτάσσεται commutatur cum ἀντιτασσόμενον *Steph.* 9. et cum ἀντετάξατο *Veles.* Quae tamen tolerabilius errantur hariolatione RICH. BENTLEII, qui in confutando ANT. COLLINSII libro *de libertate cogitandi* nomine subditio PHILELEVETHERI LIPSIENSIS vsus libri, quem inscripsit *remarks on a late discourse of freethinking*, part. I p. 74 opinatur, parallelismo 1 *Pet.* 5, 5 et *Prov.* 3, 34 inductus, legendum esse ὁ κύριος loco οὐκ, quod enatum esse arbitratur ex compendio scribendi OKΣ, vnde



vnde librariorum errore haud difficulter effingi potuerit OYK. Assatim C. 5, 6. refutatur hic coniector in WOLFII curis phil. p. 74 etc. vbi plures excitantur, qui idem egerunt. In eodem elaboraturus reuer. BENSONIUS l. c. p. 183 ita pronuntiat: „ingenio plaudo, cui haec debetur coniectura, „nec ei quidquam deesse sentio, nisi Patris alicuius aut codicis vetusti al- „bum calculum. „ Qua in re nos nequaquam habet consentientes, qui et longe plura desideramus in opinatione memorata, quae verisimilitudine destituitur tam sensus, quam originis ipsiusmet, vnde fluxerit aberratio librariorum adeo antiqua, vt in codices ad vnum omnes et versiones irrepere potuerit; et vni alteriue patri aut codici etiamsi vetusto tantum auctoritatis deferendum esse, non putamus, vt ipsius calculo praeualens testium auctoritas, si interna probabilitate confirmatur, vinci possit et debellari. Plura de ipso verborum sensu conferri poterunt interpretationis nostrae p. 212, vbi tamen lin. 16 et 17 sic emendari debent, *daber so gar einige den Ausdruck ε Κόγιος hinzugesetzt, an dessen stat der Ausdruck οὐκ in den Abschriften gebraucht worden.*

## §. LIII.

Ex v. 7 varietatibus vener. BENGELIUS tres inter memorabiles refert p. 326, singulasque bene et circumspecte diiudicat. Prima consistit in commutatione vocis *αὐτῶ* cum *αὐτῶν*, quam lectionibus minus firmis adnumerat: etiamsi p. 731 praeter *complut. ed. aug. 6. Lu. Pet. 1. 3. Vff.* et octo aliorum codicum suffragiis confirmetur, quos MILLIUS nominat *Baroc. Laud. 2. Cant. 2. Cou. 2. 3. 4. N. et Linc.* MASTRICHIVS mentionem codicum *petauianorum* duorum in editione *felliana* factam, de cod. *petau.* secundo intellexit, cui canonem suum nonum opposuit. Altera, quae omissione vocis *ἐν* absoluitur, in eodem ordine quarto lectionum minus firmarum iure collocatur, quamuis p. 731 praeter edit. *Erasmii* codices *Alex. Aug. 6. Lu. Vff.* et quinque alios atque *Oecumenium* auctores habeat; quos quinque codices *Hunt. 1. Cant. 2. Cov. 3. Baroc. et Magd. 1* esse, ex MILLIO constat, qui praeterea *Ald. et Colin.* editiones producit. Tertiam, quae vocem *ὑετῶν* reiicit, non sine ratione idem ad quintum ordinem refert lectionum minus probandarum, quamuis a nonnullis probatarum. Probauerat MILLIUS in prolegom. §. 1208 p. 124 his verbis: „*ἕως ἐν λάβῃ „πρώϊμον καὶ ὄψιμον Steph. 17. Vulg.* omnino recte. *Πρώϊμον* enim et „*ὄψιμον* in f. litteris etiam de fructu terrae dicitur, vt in hoc loco (vn- „de *Antiochus, hom. 110* habet *καὶ πρῶτον καὶ ὄψιμον*). Lector quis- „piam hoc ignorans, ne sententia laboraret, adiecit *ὑετῶν*. „ Cui aucto- ritati ab eodem p. 550 adduntur *Veles. et Aethiop.* Vener. BENGELIUS p. 731 perhibet omittere „*ὑετῶν lat.* et inde *Steph. 17. Aeth.* vnde nonnul-

„li



XXXXVIII EXAMEN VARIANTIVM LECTIIONVM

C. 5, 7., li καρπὸν subaudiunt; speciose, sed non e stilo scripturae. Idem plane de *velesianis* lectionibus dicendum est, ex *latina* versione corruptis. Copiosior est in confutanda opinione MILLII WHITBIVS l. c. p. 78, quam vt transcribi commode possit: desiderat is scripturae locum pro illa significatione et phrasi, quum *Deut.* 11, 14. *Ier.* 5, 24. *Hof.* 6, 3. *Ioel* 2, 23 et *Zach.* 10, 1, quae loca MILLIVS excitat p. 550, de pluuia occurrat, atque disputationem ita concludit, *sed aliquid dicendum erat in gratiam vulgatae*. Cui assentitur WOLFIVS cur. phil. p. 75, licet testibus *millianis coptum* interpretem addat, a WILKINSIO editum. Recentiorem tamen patronum habuit haec lectio celeb. MICHAELIS in access. ad BENS. p. 184 etc. qui illam quatuor argumentis tuetur: 1) auctoritate *vulgatae* tam antiquae quam recentioris, cod. *Steph. v. copti* et *aethiop.* interpretis atque *Antiochi hom.* 110; quibus *velesianae* lectiones addi potuissent ad numerum faciendum: 2) maiori probabilitate insertae vocis *ἕτερον* temeritate librarii iusto doctioris, qui quum saepissime *ἕτερον πρόϊμον καὶ ἔψιμον* commemorari audiuisset, ex ingenio aliquid profani addiderit, quam extrusae eiusdem ex tot codicibus, ad quos memoratae versiones factae sunt: 3) exemplo *Exod.* 9, 32, vbi haec phrasis in versione 70 interpretum ad fructus referatur: et 4) verisimilitudine sensus, quem haec lectio efficiat, *non facilem modo atque obuium, sed et necessarium*, ob ea, quae proxime praecedunt, agricolam exspectare pretiosum fructum terrae. Verum 1) omnis haec auctoritas ad versiones recidit, easque interpretum, quibus ob aliam coeli et regionis temperiem pluuiae prioris et ferotinae indoles incognita ipsaque phrasis redditu difficilis sine iactura intelligentiae visa fuit; vnde omisio ex liberiori translatione orta in paucos codices latinizantes transire facile potuit: 2) vt omisio vnus alteriusque vocis in vniuersum facilius concipitur, quam additamentum textui intrusum, quod sine temeritate et praeuaricatione locum non habet; sic longe probabilior opportunitas aberrationis interpretum hoc loco ex difficultate et ignoratione phraseos transferendae deriuatur: 3) ille locus excitatus vocem *ἔψιμος* de fructu exhibet, non integram locutionem seu vocem vtramque coniunctam, perpetuae vero significationis alterius exemplis a MILLIO et WHITBIO productis addi possunt *Deut.* 28, 12. *Iob.* 29, 23. *Prou.* 16, 15. *Ier.* 3, 3: 4) sensus vero probabilitas et euidentis veritas quo maior et speciosior supponitur, eo improbabilior verique dissimilior euadit temeritas librorum augendi textum interpretamento non solum inutuli, verum etiam sensum impeditiorem reddituro; tantam vero non esse, quanta perhibetur, exinde apparet, quod maiorem patientiam requirit exspectatio pluuiae incertae, quae Dei beneficio debetur, nullaque industria et opera  
nostra



nostra obtinetur, praestolatione temporis necessarii ad effectum laboris C. 5, 7.  
 nostri fructuumque, si ab hoc beneficio dilcefferis, certorum et indubio-  
 rum. Nulla igitur ratio superest, cur textum adeo periclitari velimus,  
 ut statuamus, profanum additamentum scribae iusto doctioris in codices  
 omnes irreperere potuisse, atque in versiones orientales omnes ipsamque il-  
 larum antiquissimam *Syriacam*. Quatuor reliquae variationes a **MILLIO**  
 allatae leuioris momenti sunt „ἀδελφοί] ἀδελφοί μου *Steph. 2. Syr. ἰδοὺ*  
 „sicut, *Syr. Aethiop. Copt. ὁ γεωργὸς*] omittit *N. 1. ἐπ' αὐτῶ]* deest in  
 „*Vulg. Aethiop.*„

## §. LV.

Ad primam v. 8 apud vener. **BENGEIIVM** vacui varietatem, qua v. 8.  
 οὖν additur ante καὶ, **MASTRICHIVS** solum **CVRCELLAEVUM** excitat,  
**MILLIVS** rectius *Steph. 19. Vulg. Arab. Aethiop.* vbi tamen antiquior *lati-*  
*na* versio sine voce igitur habet, et vos patientes estote. Altera, quae vo-  
 cem καὶ ante σηήζετε inferit, in *Vulg. Syr. Arab. et Aeth.* ad interpreta-  
 menta versionum pertinet. Tertiam evidens mendum codicis *couelliani* 3  
 efficit, vbi voces τοῦ Κυρίου exciderunt. Potissimam v. 9 variationem, v. 9.  
 quae vocem κατακριθῆτε commutat cum κριθῆτε, ita amplectitur editor  
 n. test. *graccoanglicani*, ut lectionem a recepta editionum plerarumque, re-  
 centiorum omnium, diuersam p. 871 in textu collocet, admodum tamen im-  
 perite p. 876 in transcribendis ex **MILLIO** variationibus alteram receptam  
 tanquam textus lectionem producat. Quem secutus est vener. **BENGE-**  
**LIVS**, qui non solum p. 326 κριθῆτε in textu posuit, verum etiam alteram  
 lectionem ad quartum ordinem reiecit, suaeque sententiae has rationes  
 reddidit p. 731 „κριθῆτε] *Compl. Er. ed. 1. Alex. Aug. 6. Baroc. Bas. 2. Hunt. 1.*  
 „*Lin. Lu. Magd. N. 1. 2. Per. 1. 3. Vff. Vien. Steph. omnes, Euthal. Lat.*  
 „*Syr. [κατακριθῆτε] Er. etc.*„ Quae auctoritates tamen, etiam si ex  
**MILLIO** lectionibus *velesianis* et editionibus duabus prioribus *Rob. Stephani*  
*Aldique* augeantur, atque parallelismo loci *Matth. 7, 1*, quem reuer.  
**BENSONIVS** excitavit, corroborentur, minus valere videntur ad penitus  
 damnandam lectionem, quae certe solius **ERASMI** coniectione non niti-  
 tur, sed non solum exiguo testium numero alteri concedit, si versionum  
 reliquarum, codicumque, quos collatos habemus, omnium ratio ineatur,  
 verum etiam sensui longe conuenientior est altera, quae ipso parallelismo  
 verborum **CHRISTI** insignem suspicionem accommodationis huius loci  
 ad illud exemplum facit. Quam ob rem vel receptam lectionem ut veri-  
 similiorem alteri praefereendam esse existimamus, vel hanc lectioni textus  
 aequalem habendam, ut ampliatur, recepta saltem non penitus abiiciatur  
 aut ad improbables et infirmas detrudatur. Altera varietas a vener. **BEN-**



L EXAMEN VARIANTIVM LECTIIONVM

C. 5, 9. GELIO in ipso textu p. 326 collocata sine vlla mentione communioris lectionis ibidem facta, additamento vocis  $\delta$  post  $\text{ἰδοὺ}$  absoluitur, atque apparatus crit. p. 731 ita defenditur: „ $\delta$ ] edd. primae, *Alex. Aug. 6. Pet. 2.* „Vff. cod. plurimi, *Oecumen.* omitt. *Steph.* ed. 3 et recent. edd. *Sphalma*, „vt apparet.„ Quod nobis saltem nondum apparet, licet ipsam variationem non improbabilem habeamus, vt ex interpretationis nostrae p. 218 satis apparet, vbi tamen lin. 31 etc. verba sic emendanda sunt: *in einigen Handschriften der Artikel δ dabey steht ὁ κριτής.* Reliquae varietates a MILLIO sic recensentur: „ $\text{ἑνάχετε}$ ]  $\text{ἑνάζητε}$  N. 2.  $\text{ἀδελφοί}$ ] deest in „N. 1. 2. *Baroc. ἀδελφοί μου Alex. Colb. 7. Syr. ἰδοὺ]  $\text{ἰδοὺ γὰρ Syr.}$  „*

§. LVI.

v. 10. Ex varietatibus v. 10 a MILLIO adductis vener. BENGELIVS tres duntaxat retinuit p. 731, nullam tamen ad notabiles retulit, p. 326. In prima lectionem a recepta plerarumque editionum diuersam in textu collocavit, huiusque consilii rationes in apparatu critico sic reddidit: „ $\text{ἀδελφοί μου, τῆς κακοπαθείας}$ ] *Comp. Aug. 6. Vff.* pluresne, *Lat. Syr. τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, Er.* et al. „ Quod circumspicitis arbitris eo minus satisfaciet, quo certius est, codicem *alexandrinum* vna cum reliquis ad sequentem variationem excitandis, qui vocem  $\text{μου}$  abiiciunt, receptum verborum ordinem confirmare, versiones vero voces liberius transponere, quum linguae ratio subinde alium ordinem requirit, quam qui in textu deprehenditur. Alteram variationem editor n. test. *graecoanglicani* p. 871 textui infarciendam illumque voce  $\text{μου}$  truncandum esse putavit, indicta tamen causa, immo ne vlla quidem eius rei mentione facta aut ratione reddita. Vener. BENGELIVS idem sibi licere non existimavit, etiamsi auctoritate codicum *Alex. Barb. 5. Cant. 2. Cov. 2. 3. Laud. 2. Pet. 1. 3.* et *Lat.* nitatur lectio truncata, quae certe aliquem locum inter lectiones memorabiles ipsi vindicare debuisset, consentiente inprimis *alexandrino* codice cum *latina* versione tam veteri *itala*, quam *hieronymiana*. Tertiam idem sic recenset: „ $\tau\omega$ ] „ $\text{ἐν τῷ Beza, Barb. 5. Cant. 2. Gen. Laud. 2. N. 1. Pet. 1. ἐπὶ τῷ Euthal. Pet. 3.}$  „ Quibus a MILLIO perperam addi versiones *lat. syr. arab. et aethiop.* recte iam obseruavit cel. MICHAELIS accessionum ad BENS. p. 189 etc. quum difficulter admodum aliter reddi potuerit locutio, si vel maxime caruerit diserta mentione praepositionis  $\text{ἐν}$ , necessario subintelligenda. Totidem apud MILLIVM aliae occurrunt. Vocem  $\text{ἔχετε}$  loco  $\text{λάβετε}$  solus habet *alexandrinus* codex, sed post  $\text{μακροθυμίας}$  positam. *Latinae* versionis codices in reddendis vocibus  $\text{τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας}$ , admodum variant. Recentior *vulgata* habet *exitus mali, et laboris et patientiae*, BEDA vero apud MILLIVM *exitus*



ius mali et longanimitatis et laboris et patientiae; qui ex ERASMO addit C. 5. 10. in duobus peruetustis exemplaribus *Donatiani* deesse verba exitus mali et longanimitatis, suffectis vocibus laboris et patientiae, quas alii coniunxisse cum alterius versionis vocibus videantur. Quae dupliciter augeri possunt, tam commemoratione versionis *italae* vetustioris, quae de malis passionibus et de patientia habet, quam significatione insignis et inexcusabilis corruptionis lectionum *velesianarum*, quae exhibent ἀδελφοὶ τοῦ κακοεξόδου, καὶ τῆς μακροθυμίας, καὶ τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς ὑπομονῆς, de cuius origine *latina* neminem ambigere existimamus. Commutatio Κυρίου cum Θεοῦ apud interpretem *aethiopicum* ad sphalmata vel liberiolem translationem pertinet.

## §. LVII.

Princeps varietas v. II, quae vocem ὑπομένοντας commutat cum v. II. ὑπομέναντας, a vener. BENGEIO p. 326 ad lectiones refertur, quae firmiores sunt per codices lectione textus, quod per p. 731 confirmatur *Al. Pet. 3. Steph. d. u. ia. r. Euthal. Lat. Syr.* Quibus a MILLIO adduntur *Veles.* lectiones et iudicium GROTII, melius inquit Grotius. Idem opinatur et clarif. DAMMIVS l. c. 100: „da lesen die bessern Exemplare alle „im griechischen; *Hypomienantas* ὑπομέναντας, solche, die geduldig ausgehalten haben: „ et editor n. test. *graeoanglicani*, qui p. 872 primum textum immutavit, nulla tamen mentione aut ratione adiecta p. 876. Neque magnopere dissentit celeb. MICHAELIS in access. ad BENS. p. 190, cui illa lectio praeplacet, nisi forte, quod additur „apostolus et hic et „c. 1, 12 alludat ad *Dan. 12, 12*, vbi 70 interpretes habent μακάριος ὁ ὑπομένων, quamquam et ibi codex *Alexandrinus* exhibet, ὁ ὑπομένοντας. „ Parum cogitasse videntur, qui ita legerunt, vocem sine vlla mutatione *aoristum* secundum referre, atque significatum praeteriti temporis exhibere, atque adeo versionum adductarum testimonium plane excidere, reliquam vero auctoritatem ad septem codices redire, qui tantum absunt, vt melioribus exemplaribus accenseri mereantur, vt, si vnus *alexandrinus* dematur, reliqui omnes ad inferiorem ordinem pertineant, ipsumque infimum nonnulli, insigniter et studiose corruptorum. Alteram variationem vener. BENGELIVS inter notabiles commemoravit, in quarto tamen ordine minus firmarum lectionum collocavit, qua πολύσπλαγγχος commutatur cum πολυεύσπλαγγχος, his auctoribus p. 731 productis „*Compl. Cou. 2. 3. Laud. 2. „Lin. N. 2. Pet. 3. Steph. 9. Vff.* Sic videtur placitum librario, quasi grandius et subtilius. „ Vbi codex *Steph. α* recte praetermittitur allatus a MILLIO, qui ab ipsa hac sententia verissima valde dissentit, atque proleg. §. 1108 haec perhibet: „πολυεύσπλαγγχος probi codices aliqu. nec dubito, „quia



C. 5. II. „quin sic Apostolus. Sed quod vocabulum hoc sit ex ἀπαξ λεγομένοις, „haud mirum, si in aliis mutatum fuerit in receptius. „ Quod verisimilius, speciosius saltem foret, si πολύσπλαγγχος non aequè inusitatum esset, neque pariter ad ἀπαξ λεγόμενα pertineret. Tantum tamen valuit haec MILLII opinatio apud editorem n. test. *graecoanglicani*, vt p. 872 satis praeuaricatorie vocem a librariis effectam in textu collocauerit. Idem voces ὁ Κύριος signis parentheseos ( ) includit, vt dubias et suspectas, sine ratione tamen reddita. Quam in MILLIO deprehendisse sibi visus fuit, qui hos omissionis testes excitat: „N. 1. 2. *Baroc. Laud. 2 Magd. 1. Pet. 1. 3. „Lin. Cou. 2. 3. Geneu. Vien. Lu. Com. Arab.* „ quibus a vener. BENDELIO adduntur *aug. 6 et Vff. atque Euthal.* qui nihilo secius hanc lectionem rectè pronuntiat minus firmam, quam quindecim cōdices longe maiorem numerum codicum inspectorum et collatorum, versionumque plurium et antiquissimarum, neutiquam exaequant. Quae a MILLIO hic memorantur reliqua „ιδου] ιδου γαρ *Syr. Arab. ιδου ὁ Alex. Comp. codd. plurimi. Τέλος]* „ἐλεος *Cou. 4. Geneu. Κυριου] Θεου Aethiop.* „ indubia menda sunt.

## §. LVIII.

v. 12. In v. 12 verbis postremis ipsae editiones recentiores a se inuicem dissident: loco vocum enim ὑπὸ κρείων, quas editiones *Colinaei, Bezae, Curcellaei, Er. Schmidii, Oxoniensis* vtraque *felliana* et *gregoriana* atque *mastrichiana* exhibent, aliae tam antiquiores quam ipsa *milliana* habent εἰς ὑπὸ κρείων. Priores sequitur non solum editor n. test. *graecoanglicani* p. 872, licet p. 877 inepte alteram lectionem textus instar adducat: verum etiam vener. BENDELIVS, qui p. 326 alteram lectionem rectissime ad minus firmas refert, eamque sententiam p. 732 ita confirmat: „ὑπὸ κρείων] *Beza* „(e *Steph. 1α. Lat. Syr.*) et inde recent. edd. item *Alex. Cou. 2. Aeth. Arab. „Copt.* nec totius epistolae tenori congruit. εἰς κρείων. *Vien. [εἰς ὑπὸ κρείων]* edd. *primae, Aug. 6. Vff. mf. plurimi, Oecum. Armen.* „ WOLFFIVS in *curis phil.* p. 77, etiamsi his auctoritatibus *coptum* interpretem a WILKINSIO editum addiderit, nihilo secius in lectione, quam versio *LUTHERI* editiones antiquiores sequuti amplectitur atque *CALOVIVS* tuetur, acquiescit. Alterius, quae tam externa testium quam interna sensus probabilitate magnopere praeualet, causam agunt vener. *PFAFFIVS* in *diff. de variant.* lect. n. test. p. 243, *MILLIVS*, qui testibus *vel. lect.* addit, *proleg. §. 1208* et *cel. MICHAELIS* in *access. ad BENS.* p. 196, ipseque reuer. *BENSONIVS* ibidem. Reliquae varietates a MILLIO sic recensentur: „ἀδελφοί μου] „praecedat *charitas eius* addit *Aethiop. ἤτω]* ἔσω *Baroc. ὑμῶν]* ὑμῖν *Cou. 3. „ὁ λόγος ὑμῶν Steph. 1α. Cou. 2. Lin.* (in margine et quidem alia manu) „*Col. Vulg. Copt. ex Matth. 5, 37,* vt videtur. „ Quorum prima et postrema



ma glossemata exhibent, a quo tamen *latina* versio antiqua seu *itala* im- C. 5, 12.  
munis est, quae habet, *sit autem apud vos, est, est*: duae mediae menda  
librariorum sunt.

## §. LVIII.

Ad v. 13 solus MILLIUS vnus versionis *latinae* variationem com- v. 13.  
memorat, qua vocem *τις* post *εὐθυμῆ* omittit. Idem ad quinque vo-  
ces v. 14 haec sphalmata enarrat: „προσκαλεσάθω] προσκαλεσάτω *Comp.* v. 14.  
„τῆς ἐκκλησίας] omittit *Cou. 3.* ἐπ' αὐτὸν] ἐπ' αὐτοῦς *Cou. 3.* ἐπ' αὐτῶ  
„L. ἀλεψ. αὐτὸν] ἀλ. αὐτοῦς *Cou. 3.* κυρίου] Θεοῦ *Aethiop.* vt supra. Ἰησοῦ  
„Magd. 1., Quae adduntur „προσευξάθωσαν ἐπ' αὐτὸν] desiderantur reli-  
„qua vsque ad *1 Pet. 1, 4* in *Cant. 2.* „ ad significationem codicis manci et  
truncati pertinent, nequitiam ad varietatum tabulas. Rectius huc re-  
feruntur ab eodem v. 15 „εὐχῆ] προσευχῆ *Cou. 4.* *Genev.* σώσει] σώση v. 15.  
„N. 2. ἐγερεῖ] ἐγείρει *Euthal.* vide *Proleg. 957.* ἀφεθήσεται] - σονται  
„*Steph. 2.* *Barb. 1.* *Vel. f.* „ Nulla tamen receptam textus lectionem sollici-  
tare potest. Vener. BENGELIUS, qui tres versus praegressos praeteriit,  
ad v. 16 vnam producit varietatem vocis οὖν insertae post ἐξομολογήθη, v. 16.  
quam tamen ex memorabilium censu excludit, licet praeter consensum  
*latini* interpretis et codicis *alexandrini* confirmetur suffragiis *Steph. d. 1.*  
*ia.* N. 1. *Lin.* in marg. et edit. *Colin.* Quod versionis *latinae* testimo-  
nium de *vulgata* recentiore intelligendum est, ab *itala* enim plane  
abest ergo subditium, quod vberius confutatur a celeb. MICHAELIS  
acc. ad BENS. p. 208. Reliqua exempla a MILLIO prolata leuiora sunt:  
„τὰ παραπτώματα] τὰς ἀμαρτίας *Alex. Lin.* in marg. (sed in contex-  
„tu τὰ παραπτώματα) τὰ παραπτώματα ἑαυτῶν *Col. Vulg. Syr.*  
„*Arab. Aethiop.* ἐνχεσθε *Alex. ἀλλήλων] ἀδελφῶν Steph.* πολὺ γὰρ addunt  
„*Lin.* (in marg. alia manu) *Vulg. Syr. Arab.* „ Vbi tamen in exemplo an-  
tepenultimo operarum errore omittitur *προσεύχεσθε*, quod in codice  
*alexandrino* receptae et verae lectioni sufficitur: ad penultimum vero con-  
ferenda omnino sunt, quae f. vener. MICHAELIS l. c. p. 56 ad vindican-  
dum interpretem *aethiopicum* temere infimulatum, praeclare monuit.

## §. LX.

Vnam duntaxat v. 17 variationem vener. BENGELIUS in app. crit. v. 17.  
p. 732 memorat „ερέξαι] ερ. ὑετὸν *Cou. 4* et alii „ quos MILLIUS no-  
minat *Steph. d. 1. ia Syr.* et *Aethiop.* qui praeter hanc alias simul adducit  
multa indagine minus dignas, „ἐπὶ τῆς γῆς] ponunt post *ερέξαι Vel.*  
„*Vulg. Syr.* ἐξ] τρεῖς *Aethiop.* „ Neque maioris momenti est varietas v. 18 v. 18.  
ab eodem solo commemorata „τὸν καρπὸν] τοὺς καρποὺς *Lin. Syr.* „  
Speciosiore verisimilitudinem prae se fert, licet sensum parum afficiat,



C. 5,19. additamentum vocis *μου* post *ἀδελφοὶ* v. 19, codicibus *Alex. Baroc. Steph. δ. 1. 10. Barb. 2. N. 2. ed. Col. atque Vulg. Syr. Copt.* confirmatum. Quibus testibus *millianis* vener. BENGELIVS cod. *aug. 6* addidit, ipsam tamen variationem, posthabito consensu codicis *alexandrini* et versionis *latinae* aliorum suffragationibus stabilito, ne ad notabiles quidem retulit. Inter quas locum obtinuit aliud improbabilius additamentum vocum *τῆς ὁδοῦ* post *ἀπὸ* insertarum, in quinto ordine lectionum non probandarum, quamvis a nonnullis probatarum collocatum, quod *N. 1. Steph. δ. 1. 10. Arab. Syr.* auctoritate duntaxat nititur, atque satis euidenter ex versu proxime sequente desumptum fuisse videtur. Quae apud MILLIVM additur omisso vocis penultima *τις* in prima et secunda editione *Erasmii* facta, mendis rectius accensetur quam lectionum varietatibus.

## §. LXI.

v. 20. Postrema omnium a vener. BENGELIO productarum v. 20 in eadem classe quinta ponitur p. 326, rationibus illius sententiae p. 732 ita redditis: „*ψυχὴν*] add. *αὐτοῦ* *Alex. Barb. 2. Colb. 7. N. 1. Steph. δ. 1. 10. Cyrilus Alex. Aethiop. Arab. Copt. Lat. Syr.* sensu relatio aut reciproco.„ MILLIVS edit. *Colin.* addit, praeter obseruationem ad versionis vulgatae mentionem factam „Codd. *Latinorum* alios eius [*αὐτοῦ*] alios *suum* [*αὐτοῦ*] habere notat *Beda.*„ Quae WHITBIUS l. c. p. 78 protulit „*σώσεται ψυχὴν αὐτοῦ*] *Vulg. Syr. Arab. Cyril. Al. de R.* fide p. 63. Sed *αὐτοῦ* „occurrit in paucis exemplaribus, inquit *Esthivius*, neque vera lectio est, „plurimi enim ad aliorum salutem multum conferunt, qui ipsi nequaquam salutem obtinebunt,„ et rem non conficiunt, et lectionem *ψυχὴν αὐτοῦ* magis impugnant quam alteram *αὐτοῦ*, neque eam feliciter conuellunt: quum proposita difficultas tunc demum locum haberet, si alia salutis suae ipsiusmet procuratio intelligeretur, quam quae fidei officiorum praestatione ordinisque diuinitus constituti obseruatione absoluitur, et qua obtinetur, vt non solum is animam suam seruet, si secus egerit, perdendam seu culpam et reatum effugiat, qui salutis aliorum non incurius est neque eorum quidquam negligit, quae ad illam pertinere cognouerit, verum etiam gratiae et beneficae remunerationis diuinae eo magis capax et particeps redditur, quo studiosius in diuino negotio vindicandi homines ab interitu elaborauerit. Rectius glossematis conuincitur lectio, si obseruetur, et veterem *latinam* versionem seu *italam* habere *saluat animam*, recentiore vero seu *vulgatam Hieronymi* aequae ac alias liberius reddidisse, *saluabit animam eius*, quod sine diserta pronominis mentione in textu fieri potuit; et demta interpretum auctoritate septem duntaxat remanere codices, qui longe maiorem codicum alterius lectionis numerum eo minus exaequant aut superant, quo verisimilius vox inserta librariis ad sensum



fenfum perficiendum requiri visa fuit. Reliqua apud MILLIUM obuia C.5,20.  
leuiora sunt, neque nos morabuntur: „καλύψεις] καλύπτετε Vel. ἀμαρτιῶν]  
„peccatorum suorum, Syr. Arab. peccatorum eius Steph. Aethiop. Apponit  
„ad calcem epistolae vocabulum ἀμὴν Pet. 3.„

## §. LXII.

Emeni nunc stadium, quod decurrendum sumus, operae pre-  
tium fecisse nobis videbimur, si id effecerimus, vt lectores intelligant: 1) plu-  
rimi referre interpretationis librorum diuinitus in litteras relatorum cer-  
tae et circumspectae, vt lectionum diuortia ab interpretibus cognoscantur  
atque sollicitè examinentur; licet in plerisque breuiariis hermeneuticis leges  
instituenti huius examinis nullae deprehendantur: 2) nihil verendum esse  
integritati certae et auctoritati indubiae codicis sacri ab hoc examine vel  
rigorosissimo, dummodo recte, reuerenter et verecunde, vt par est, in-  
stituatur; neque aliis illam effici aut vindicari posse argumentis et ra-  
tionibus aliunde petitis: 3) immortales illis gratias deberi, qui vel laborio-  
sissima opera colligendi has lectionum varietates conficiendique illarum  
tabulas rite diligenterque defuncti sunt, vel aliis exempla praeiuerunt se-  
ueri, recti et legitimi examinis earundem instituendi, atque de regulis in  
illo negotio obseruandis solliciti fuerunt; neque meritis illorum quidquam  
detrahi noua laborum sententiarumque recognitione ipsaque vel frequentif-  
sima ab illorum opinionibus dissensione rationibus stabilita: 4) insignia  
quidem incrementa cepisse studium artis criticae sacrae nostris temporibus,  
quibus ipsa maleferiatorum hominum ea petulanter abusorum temeritas  
et praeuaricatio, Dei prouidentia, profuit magis quam obfuit; nondum ta-  
men, ita auctum cultumque esse hunc fundum, vt vel de amplificando illo  
nouis accessionibus praesidiorum desperandum esse, vel nullo operarum  
labore nouo indigere videatur, in primis ex quo pretiosissimo eruditissimi  
IOSEPHI BLANCHINI opere codicum versionis *italae* mirifico thesauro  
opum et copiarum nemini adhuc cognitarum feliciter locupletari coepit:  
et 5) denique prouidendum esse maximopere omnibus, quibus rei sacrae li-  
brorumque diuinitus scriptorum intelligentia et doctrina curae cordique est,  
ne quid detrimenti capiat praepostera et superficialia studiorum ratione et  
praecipitantia, aut inexculabili neglectione et contemptu disciplinarum ad  
philologiam et criticam pertinentium, ipsaque illaudabili diuulsione lit-  
terarum ad eruditionem sanctiorem necessariorum, quae sine discrimine  
et iactura solidae doctrinae et scientiae nunquam separantur; neque par-  
tes Protestantium, qui sacra puriora vnumque DEI immortalis verbum in  
litteras relatum sequimur, cultoribus et doctoribus harum litterarum peritis  
destituantur, atque ipsis aduersariis nostris, quos haec arma tractare  
docuimus, inferiores euadamus atque  
concedamus.

AESTV-





AESTVMATISSIMO  
RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.



Ex illorum sanctioris doctrinae cultorum nostratium numero, quorum studia publicis stipendiis subleuantur, primus es, qui mandato regio morem gesturus obsequentissime ad edendum specimen dexteritatis et profectuum, habitaque disputatione publica fidem faciendam beneficiorum apud TE non male collocatorum animum appulisti. Quem TIBI obsequii principatum ex animo gratulor, atque vt bene vertat et in rem TVAM cedat DEVM O. M. precor. Scribendi partes mihi relinquere, meaque defendere maluisti, quam operosa scriptioe nemini admodum profutura magnam multi temporis scholis vtilius impendendi iacturam facere. Tardauit fateor haec laboris mei societas disputationem TVAM, quod rarissime vaco ad operas subficiuas per longiora plerumque interualla peragendas, effecitque vt prolixior euaserit atque ad maiorem molem excreuerit dissertatio quam putaueram, quod argumenti vbertas et praestantia, ipsaque laboris instituti ratio arctiores limites non admisit. Sed vtramque culpam facile praestabo, ipsamque prolixitatem scripti litterarum ad TE dandarum breuitate redimam, quod neque amplo



NTI

plō testimonio indiges, neque melius laudari aliisque commen-  
dari potes, quam nuda breuique narratione vitae apud nos actae  
studiorumque, quibus mihi non magis quam omnibus, quibus  
propius innotuisti, bonam de TE spem fecisti. Tertium annum  
in disciplina nostra bonas artes et sanctiorem doctrinam ita tra-  
ctasti, vt laudabilem proficiendi ardorem et infatigabilem virium  
contentionem prae TE tuleris. Praeter auditiones linguarum  
graecae et hebraicae, logicas, metaphysicas, mathematicas, iu-  
ris naturae, philosophiae moralis atque historicas, scholis dog-  
maticis, hermeneuticis, exegeticis, antitheticis, homileticis  
et disputatoriis operam ita dedisti assiduam, vt in illis non spe-  
ctatorem otiosum et auditorem inanem, sed auscultatorem intel-  
ligentiae audum egeris. Neque hanc diligentiae laudem bo-  
nae mentis contemptu pessumdare aut contaminare voluisti, sed  
ita moratum animatumque TE praestitisti, vt sperem, salutarem  
virtutis *christianae* doctrinam sancte semper a TE habitum, in  
TVVM aliorumque vsu translatum, fructibusque dignis exor-  
natum atque a despicientia et impugnatione vindicatum iri fe-  
liciter. Vt TIBI haec omnia et bene multa alia Dei beneficia,  
in quibus patronorum beneuolentia non postremum locum oc-  
cupat, vere et ex animo gratulor: ita illorum perpetuitatem et  
incrementa ab indulgentissimo DEI O. M. numine venerabun-  
dus contendo et efflagito, TEQUE, pro amore, quem TIBI  
debeo, hortor et obtestor, vt huic rerum humanarum arbitro  
vniue saluti mortalium effectori, nemini suorum defuturo pre-  
cesque audituro, nunquam desis sed totum TE TVAQUE omnia  
committas, vindices et consecres, solique viuas, atque adeo  
rem TVAM rectissime agas et ciuitatis sacrae commodis enixe  
et vehementer inseruias, nostrae consuetudinis nunquam im-  
memor. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric.  
d. VIII Februar. 1761.





DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI  
IOANNES PHILIPPVS CARRACH


L. V. ET PH. D.

GRATIAM, PACEM, SALVTEM.

**A**d liquidum sine vlla dubitatione explorata est veritas asserti eius, quod non absque elaboratione operaque consumptione reperiri possit vtilium et ad commoda publica comparatorum studiorum cognitio: quod potissimum de scientiarum cathedrariarum haustu obtinet sublimiorum. Optime perquam recordatus hoc argumentum, DOCTISSIME IUVENIS, illudque attento volutans pectore nunquam non id curasti, vt saluberrimam sectam vitaeque rationem secutus deditum TE commonstrares sacrae arti eiusque antistitibus ac eadem dissentissimum. Neque est igitur, quod in augurio salutis hinc deriuandae addubitare animum TVVM finas. Firmissime etiam persuasus de progressibus, quos habes in coelestium rerum doctrinis, ad contentionem procedis eruditam ac dimicationem. Defendendum est TIBI scriptum, quo vindicatur integritas atque auctoritas DIVINORVM istorum, quae B. IACOBVS, ex laetissimi nuncii praekonibus quidam, tradita consignavit, edictorum. Vidimus album hoc sacrum tam improvidorum et opinionibus in errores raptorum, quam oscitanter hallucinantium ac genuina pietatis praecepta ludibrio habentium, iniuria diuersimode corruptum, ita, vt necesse omnino fuerit, palladium hocce simul atque cimelium christicolarum suo, quo iure fulget, restituere splendori: qua in re SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMIQUE DOMINI PRAESIDIS labores omnium consiliis et meditationibus, vario licet ingenio atque studio partis, longe sunt anteponendi. Encomio igitur dignus es, quod nemo aequitati studens TIBI recusabit, qui praesentem christianarum respondendo tractas vindiciarum litem. Expletum ideo meum iucundiffi-



diffimae lectionis voluptate animum maiori conspersisti adhuc hilaritate, dum ad vocularum quarundam oppositum humanissima TVA me commouisti inuitatione. Congruit sane officio meo plausus, congruit votiuo peragenda sermone TVI exceptio. Secundis ergo TIBI adsit nutibus is, qui verus et vnicus est supernarum antistes potestatum, TEQUE praestantissima illa scientia, quae est ipsius et mitissimi gentium REDEMPTORIS COGNITIO, imbutum concioni sacrae fructuosissimum, adeoque exaggerandae rei DIVINAE familiari et augendae EIVS gloriae esse iubeat accommodatum: quo ipso omnia simul TVA non dilabentur, sed accrescent in immensum. Spiritus CHRISTI TECUM, et per hunc felicia quaeuis secunda prosperaque TE comitentur! Vale! Hallae Salicae XVI. Kalendas Martias A. O. R. clō lō cc li.



DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI

AMICŌ LECTISSIMO

S. P. D.


IOANNES SAMVEL RAETZDORFF

MED. CANDID.

Non sine laetissima voluptate hanc arripio occasionem tam diu expectatam, intimam illam familiaritatem atque amicitiam, quam a teneris coluimus annis, litterario quodam monumento obsignare. Hoc negotio certe nihil iucundius, nihil suauius. Neminem fugit indefessa TVA industria, in ediscendis et indagandis scientiis, ad illud studiorum genus, quibus TE dicasti necessariis, adhibita. Longius quidem in TVAS laudes excurrere possem, si TVAM diligentiam in excolendis disciplinis, tam Philo'ophicis quam Theologicis, prolixiori sermone extollere vellem: sed hoc ipsum specimen, quod in defendenda TVA dissertatione doctissima praebes, iam satis luculenter de dexteritate ingenii et eruditione TVA testatur. Quare hic consistam



sistam, ne adulationis speciem prae me feram, et TVAM vio-  
lem modestiam. Nihil itaque mihi restat, quam vt TIBI de  
exoptatissimo studiorum progressu, ex sincerrimo cordis affe-  
ctu gratuler, et sortem, TVAE doctrinae et virtuti adprecer  
respondentem. Vltimum vero, hoc est, vt pergere velis, me  
inposterum ista amicitia ac beneuolentia persequi, qua me ha-  
ctenus dignatus es. Quod ad me attinet, TIBI perluasum ha-  
beas, rogo, neminem me in amore erga TE superaturum. Vale,  
mihique faue. Dabam Halae Salicae die VIII Februar. M. D. C. C. LI.



**F**reund! Dessen Redlichkeit ich schon seit längst verehret,  
Und Dessen ächter Trieb mich recht zu schätzen lehret.  
Was wahre Freundschaft heißt, verzeihe, daß mein Kiel  
Des Herzens Neigung Dir hierdurch eröffnen will.  
Der zarten Freundschaft Pflicht, wozu ich mich verbunden,  
So bald ich Dein Gemüth von edler Art befunden,  
Bestrebt sich, wie sie Dir ein Ehrendenkmal setz,  
Ob sie sich wohl dazu selbst zu geringe schätz;  
Doch will sie diesen Tag in Stein und Marmor graben,  
Daran ein stetes Mahl von Zeunerts Kunst zu haben,  
Die Sein beredter Mund den muntern Musen zeigt,  
Da ein gelehrter Streit den Stof zum Fechten reicht.  
Ich sehe Dich beherzt auf Deinen Kampfplatz gehen,  
Ich will, als Zeuge, dort bewundernd ferne stehen.  
Mir dünckt, ich sehe schon, Du trägtst den Sieg davon,  
Ein allgemeiner Ruhm ergiebt sich Dir zum Lohn.  
Dir wird Dein reger Fleis noch schönre Früchte bringen,  
Die Tugend, die Dich ziert, muß Dich zu Ehren schwingen:  
Dis wünschet meine Brust. Freund! trift mein Wünschen ein;  
So laß nur Deine Huld mein schönstes Glück seyn.

J. C. Bernuth

D. R. Besl.

Aus dem Magdeburgischen.



DENTI  
RACH

est veritas alteri  
enque confun-  
bba comparo-  
nentium coha-  
perquam resot-  
s, illudque at-  
vt saluberi-  
t common-  
lentiffimum.  
ndae addu-  
tus de pro-  
ad con-  
ndendum  
auctoritas  
fimi nunci  
um. Vidi-  
tionibus in  
ne genuina  
imode cor-  
pore simul  
refituere  
ENTISSI-  
s et medi-  
longe sunt  
o aequitati  
um respon-  
eum incun-  
diffe-

